



Gen. 2. d.





EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

l
Æ









RERUM
In Magno Ducatu Lithva-
niæ per tempus Rebellionis
Ruslicæ gestarum

COMMENTARIUS


In quo
Obiter, & succinctè attin-
guntur, quæ in annexis Regno
Poloniæ provinciis, eodem tem-
pore evenerunt.



REGIOMONTI,

Excusus per Joh. Reusnerum,
Anno M DC LIII,

KÖN. PR. FR.
UNIVERS.
ZV HALLÉ



RERUM
IN MAGNO DUCATU
LITHVANIÆ PER TEMPUS
REBELLIONIS RUSSICÆ
GESTARUM
COMMENTARIUS,
IN QUO

*Obiter & succinctè attinguntur,
quæ in annexis Regno Polonia Pro-
vinciis eodem tempore
evenerint.*

LIBER PRIMUS.

SUscipti nobis operis argu-
mentum erit, per tempus re-
bellionis Russicæ, res in Ma-
gno Ducatu Lithvanix gestæ.
Quæ tametsi cum bellis eadem tem-
porate in ipso Polonia Regno, co-
ortis, tanquam cum origine sua ad-
modum conjunctæ sint, separatim,
à nobis memorabuntur. Neq; mul-

A 2

tum

2 *Rerum in magno Ducatu*

tum ad scrutanda motuum istorum
semina atque exordia, ipsaque adeò
incrementa descendemus, nisi qua-
tenus res inter se connexa absq; mu-
tua luce intelligi nequeunt. Occul-
tiores earum causas Scriptoribus
Rerum Polonicarum consultò re-
linquimus.

Annus post natum Christum ul-
tra millesimum ac sexcentimum
quadagesimus octavus, vix triente
sui exacto, totam Sarmatici Imperii
molem subita trepidatione concus-
sit. Etenim exeunte Majo obierat
VLADISLAUS IV. Rex in media Lith-
vania, simulque coortum paulò an-
tè, intra Polonici Regni Limitem,
Chmielnicianæ seditionis incen-
dium, in duplicatam Polonici exer-
citus cladem eruperat. Scires utrum-
que ictum ab eadem manu cælitùs
datum: ita rerum ac temporum ra-
tio concurrit. Itaque in ipso orbi-
tatis suæ articulo, tanto vulnere ac-
cepto

Litvania gestarū Commentarius. 3

cepto Respubl. contremuerat: erectis etiam undique nec fatis concordantibus studiis hominum, partim in publico metu privatas spes agitantium: partim in communi discrimine proprii periculi non oblitaram. Accedebant suspectæ Vicinorum voluntates, & bella aut foris impendentia: aut domi in gremium accepta. Chmielnicius enim Cosacorum suorum Viribus diffusus, in armorum societatem Tartaros acciverat: quorum ope, Ordinario Respubl. exercitu geminata clade deictō, Russicis populis suamet spontē, ob prætensas suorum Sacrorum injurias, in arma pronis, ad seditio-nem signum sustulerat. Ita hærente in Patriæ visceribus externo hoste, intestina seditio in immensa incrementa provehebatur: post oppres-sos captosque militiæ Duces, in illis longè lateque patentibus oris, nemine resistere auso; sed fatali consternatione cunctis è vicinia pericu-

4 *Rerum in magno Ducatu*

li, longiùs etiam, quàm par erat dif-
fugientibus. Hoc incendium non
modò subjectas Regno Poloniæ
Ruslicæ gentis Provincias corripue-
rat; sed & maximam Lithvanicæ di-
tionis partem circumsteterat: illuc
etiam sensim, Causæ toti nationi
communis, contagione serpente.
Quippe rusticana plebs ubique præ-
ter antiquum Religionis prætextū,
nacta novum libertatis stimulum,
accedente ob successus, virium fidu-
ciâ, Nobilitatis jugum excutere ad-
orta est. Quod periculum Lithva-
niæ tantò præsentius malum mini-
tabatur; quod (una atq; altera pro-
vincia excepta) tota ferè è munici-
piis ac plebe Ruslici sanguinis ac ri-
tus constaret. Neque negligenda vi-
debatur ambigua cum Sueco ac Mo-
scho pax: quorum vicinia è propin-
quo Lithvanici juris provincias
tangit.

Oppresso autem in Poloniâ, unâ
cum suis Ducibus, universo ferè
Præ-

Lithuania gestarū Commentarius. §

Præfectorum bellicorum flore; supererant duo Militiæ Lithvanicæ Duces: quorum alteri ætas, atque valetudo ingravescens à curis atque laboribus bellicis, propemodum missionem dabat: alter in ipso juventæ robore militaris Imperii, auspiciis nuper exorsus, tam duro Reipubl. tempore, rerum gerendarum molem in se devolutam, simulque omnium oculos, in novi Magistratus experimentum, intentos sentiebat.

Is erat JANUSSIUS RADIVILIUS, Dux Būzarum, &c. Ducatus Samogitiæ Generalis Capitaneus Exercituum, Magni Ducatus Lithvaniæ Campiductor. Qui recens acceptæ in Ukraina cladis, non aliam fuisse causam reputans, præter certamen ob contemptum periculi, viribus imparibus commissum; nec ignarus à flagrante in Russia Poloniæ subjectâ incendio, Lith-

6 *Rerum in magno Ducatu*

vanix (quæ tota penè è Rusfica plebe
constat) contiguum parietem in-
flammatum iri: initiò statim Inter-
regni, in eam curam omni ope incu-
buit, ut in M. Ducatus præsidium
Exercitus, qualem imminencia peri-
cula poscebant conscriberetur. E-
rant, qui tam necesario susceptos
pro Repub. conatus adjuvarent: sed
neque deerant, qui aut privatis ini-
micitiis vel æmulatione; aut pravis
suspicionibus impulsu rectè consulta
corrumperent, ac salubriter coepta
disturbarent. Adeò pronum sæpè in
privata commoda obrutum homines
desigunt: ut oculos ad publicas jactu-
ras attollere nequeant, quibus tamen
illa communi damno empta, pro-
pria emolumenta involvi necesse est.
Sed omnium maximè nunc miserabile
malum Respubl. exercet, in quibus per
omne fas, atq; nefas, per calcatas leges,
violatam fidem, abrupta sanctissimo-
rum fœderum, ac jurisjurandi vincu-
la, proditam patriæ salutem ac liber-
ta-

ta-

Lithvanie gestarū Commentarius. 7

*tatem, private in religionibus factioni-
quisq; gratificari contendit; nescius & Re-
Religionem ipsam (nisi prava sit & im-
pia) aspernari, tam irreligiosum offi-
cium, & hoc factum in Patriam, quæ Re-
ligionis sedes est; ipsamq; adeo religio-
nem inexpiabile scelus suscipi.*

Sed Dux RADIVILIUS quidem
inter objecta sibi impedimenta, atq;
difficultates, sumptu atque periculo
proprio, aliquantam manum com-
paraverat, plerisque militiam recu-
santibus, donec ab instantibus Co-
mitibus Convocationis, quæ Electioni
præmitti mos patrius postulat, con-
firmaretur. Quæ ubi advenere, tam-
etsi auctis in immensum rebellium
viribus; capta etiam præter omnem
expectationem munitissimâ Urbe
Polonnâ periculum atq; trepidatio
ingravesceret: reperti sunt è Lithva-
nis non pauci, qui supra memoratis
causis in transversum acti, tantum
discrimen ad Regiones suas pertine-
re non putarunt. Quorum operâ

8 *Rerum in magnò Ducatu*

numerus copiarum in præsidium. Magni Ducatus paulò ante in extraordinario Conventu Vilnæ decretus: in istis ordinariis Comitibus diminutus est.

“ *Mentio capta Urbis Polonnæ admo-*
“ *net, ut qua interea in tota Ukraina*
“ *gesta sunt, altiùs repetito exordio bre-*
“ *viter percurramus.*

“ *Ad primum Chmielnicianæ seditio-*
“ *nis nuncium, ambo Exercitus Regni*
“ *Duces experrecti, Quartianæ (quam*
“ *vocant) militiæ cohortes, in hostem*
“ *vix dum exeunte hyeme eduxerunt.*
“ *Paucitas istarum copiarum, ordina-*
“ *ria, sex millium Cosacorum manu, &*
“ *quorundam ex illis oris Procerum ex-*
“ *traordinariis è Russica gente subsidiis*
“ *supplebatur. Verùm ista supplementa,*
“ *ut adversus exterum hostem valida,*
“ *ita in ejusdem gentis tribules, & con-*
“ *jurationis socios, presentissimi plena*
“ *erant periculi, cum imbecillum apud*
“ *barbaram plebem, officii aut jurisju-*
“ *randi vinculum, malè contineret im-*
petum

Litvania gestarū Commentarius. 9

petum conspirantium, in effrenem re-
bellionem jamdudum erumpere ge-
stientem. Causas atq; irritamenta, aut
etiam occasiones excutiendi obsequii,
persequi, non est mei instituti. Etiam
hic lesa religionis obtentus (jure an
injuriā, nihil pronuncio) licentia præ-
texebatur. Deerat tantum occasio, &
impune in tumultum consurgendi
fiducia. Hanc ut præberet Chmielni-
cius cum Tartaris in proxima Deserto-
rum Camporum vicinia hybernanti-
bus, atq; spe prædæ non difficulter ille-
ctis occultè conspirat. Accessit parùm
prosperum Supremi Ducis Castellani
Cracoviensis consilium: qui cum toto
Exercitu immensas camporum solitu-
dines peragrarè inconsultum existi-
mans: filium suum, cum parte
copiarum & pugnacissimis militum,
ultrò eam provinciam deposcentibus,
ad persequendum hostem expedit, tra-
dita ipsi maxima parte Ordinarii Co-
sacorum exercitus. Qui cum numero
ac viribus præstarent, ad primum

“ Chmielnicii cum Tartaris adventum,
 “ signis ad hostem translatis acerrimè
 “ omnium nostros adorti sunt. Nostris
 “ ancipiti malo circumventi, atq; hinc
 “ suorum perfidia, inde inopinato Tar-
 “ tarorum adventu, perculsi, cum ali-
 “ quandiu fortiter restitissent, pars caesi,
 “ pars capti, universi sunt oppressi.

“ Nuncio cladis ad Duces allato, bo-
 “ na parte Quartianarum Cohortium,
 “ & flore totius exercitus amisso, trepi-
 “ datum est in castris, & signa prosperè
 “ mota, ut se in tutiora reciperent. Sed
 “ hostis celeritate prævalens, grave im-
 “ pedimentis agmen, ad Corsunum asse-
 “ cutus, numerosa Tartarorum ac rebel-
 “ lium agmina castris nostris circumfu-
 “ dit. Non visum est Ducibus famem &
 “ obsidium opperiri.

“ Proinde instructa inter impedimenta
 “ acie, Carraginem, quàm vocant, seu
 “ plures curruum ordines, per sua inter-
 “ valla pedestribus agminibus distinctos
 “ [quippe tunc universis ex equis descen-
 “ der mos est] progredi imperant. Ne
 id

Lithuania gestarū Commentarius. II

id quidem in tumultu ex disciplina
fieri poterat; quia tunc quoque proditores non deerant; qui aut transfugis, aut suadendo, quod hosti conduceret, omnia turbarent. Quorum haud dubie ductu atque consiliis iter perplexum, et inter veprium ac dumetorum angustias impeditum, electum est. Cumque hostis à fronte et à tergo, et ab utroque latere progredientes, acerrime oppugnaret, nec inter sylvarum et virgultorum angustias curruum series servari possent, soluta Carragine universa acies confusis ordinibus in manus hostium delapsa est. Casis qui repugnare ausi sunt, reliqui omnes, cum Ducibus omnique prædâ et impedimentis capti. Paucissimi in devia fugientes prædâ ac spoliis intentum hostem fefellere.

Partâ victoriâ Chmielnicius Corsunovo occupato ad oppidum Belocerkevam substiterat, plebem omnem citriori ripæ Borysthenis vicinam partim per deditiones in fidem, partim per de-

lectus in militiam recipiens, è quibus

[ad-

« [adjectis qui postea accessere] ad du-
 « centa bellatorum millia exercitus ejus
 « successu temporis excrevit. Ulterior
 « Borysthenis ripa bellicosus incolis refer-
 « tissima, presentia Ducis Wisniewicij
 « in officio agrè continebatur. Is per lon-
 « gè latèq; patentis ditionis sue oppida
 « & vicos indomitam seditionis conta-
 « gionem serpere animadvertens; as-
 « sumptâ aliquantâ suorum è fideliori-
 « bus manu, vitatoq; ob hostis Victoris
 « viciniam, proprii amnis trajectio; fa-
 « ctò per fines Lithvania circuitu Bory-
 « sthenem transmittit: copiasque suas,
 « accepto Janusii Tyskievicij Palatini
 « Kiyowiensis comitatu, modicè auctas,
 « ulterioribus hostium progressibus ob-
 « jicit. Interea Chmielnicius, ut dixi,
 « impetum victoriae aliquantis per con-
 « tinuerat, missis ad Comitata Convoca-
 « tionis Legatis, praterita excusans, fa-
 « ctisq; veniam, & mediocribus postula-
 « tis suis satisfieri petens, ea si impetra-
 « ret, sese in officio fore pollicitus. Sed
 « commota semel plebis licentia, per va-
 « rias

Lithuania gestarū Commentarius. 13

*rias Ukraine oras, in cruentas passim
grassationes efferbuit; precipuè in
Nobilitatem & Judæos seditiosimè
quoq; sevientem. Maxima pars Crivo-
nosio Duce (incertum invito, an con-
nivente Chmielnicio) per vicos & op-
pida, cadibus ac rapinis, terrore sui
longè latèq; sparso, turbulentiores è
Rusticâ plebe, ad societatem præda un-
diq; exciverat. Quibus Dux Visniove-
cius dum se strenuus objicit, in propin-
qua Bialocirkivo oppido vicina, nihil
numerofissimas Victoris Chmielnici
copias veritus gliscentis in immensum
sediditionis atrocinia, diu compescere
ausus est. Itaq; & Pohrebiscis, gen-
tilitæ ditionis Oppido, Crivonosium
ejecit; eoq; recepto in perduelles anim-
advertit, & descipientem NEMORO-
VIAM oppressis hostibus interceptit, quâ
imposito præsidio tantisper tenuit, dum
superante rebellionis incendio, univer-
sa illa ora deflagrasset. Serpentè de-
mum per finitima oppida seditionis*

CON-11

« contagio; quò adventantibus subditis
 « vicinior esset, castra ad Hryzovum op-
 « pidum metatus est. Illic auxilia ope-
 « rienti nunciatur Machnowcam preci-
 « puum Palatini Kiyoviensis oppidum,
 « à Crivonosio oppugnari. Relicto itaq;
 « castris presidio: ipse cum expeditis
 « Machnowcam advolat, hostemq; jam
 « expugnata Civitate, arci capiendæ in-
 « tentum, in se convertit; atq; ingenti
 « strage oppido exturbatum ac fugien-
 « tem, in propinqua Crivonosii castra,
 « precipitat. Quæ dum alacritate mi-
 « litum, atq; ipso victoriæ impetu excin-
 « dere parat, adventante nocte, quæ jam
 « suprema Crivonosio ingruebat, obsti-
 « natisissimis precibus Palatini [devasta-
 « tionem patrimonii sui metuentis] ge-
 « mens atq; invitus expugnari se passus
 « est, ut quod ad plenæ victoriæ cumu-
 « lum deerat, in crastinum differret.
 « Quo factum est, ut subcuntium tene-
 « brarum beneficio, homo communi Pa-
 « triæ fatalis, relictis quidem impedi-
 « mentis, & castris exutus, ex presen-
 « tissimo

Lithvanie gestarū Commentarius. 15
tissimo periculo elaboretur. Reversus
ad Hryzovum Visniovecius, ut sibi
Ofinii legionem, quæ defuncto Regi à
custodia corporis erat, alienis tunc Im-
perii obnoxiam adjungeret; dum di-
versis in locis coëuntium rebellium
agmina dissipat, interea Crivonosius
prede cupidine ac rebellionis astro
concitatis undiq; populis, qui ab effusa
passim Nobilitatis, patrimonia sua, de-
serentis, fugâ animos sumpserant; atq;
ad eum maximo numero confluebant;
Viribus in immensum auctus, cum
quinquaginta armatorum millibus
Polonna imminebat. Urbs hæc situ
opere munita, rerum omnium atq;
hominum copia referta, etiam concur-
su imbellis Nobilium faminarum tur-
ba, quæ eò cum liberis pretiosiori
peculio confugerat, gravis erat, eòque
cupidius ab hostibus petebatur. Nec
deerat firmum presidium, sed cujus
longè maxima pars proditionis suspe-
cta, majoris alicujus potentie freno,
in officio continenda fuit. Proinde

mit-

66 mittuntur ex urbe, qui à Visnieviecio
 66 & aliis, qui secum eo conjunxerant,
 66 maturam opem petant. Nec in Visnie-
 66 viecio mora ulla fuit, qui spreto hostiū
 66 numero, cum iis, quæ ad manum erant
 66 copiis, succurrendam periclitantibus
 66 censuit.

66 Servatam tanti nominis Urbem præ-
 66 tium discriminis fore. Sed Palatino
 66 causante suspectam prædiariorum fi-
 66 dem, extollente vim hostium; expe-
 66 ctandum Osinii adventum clamitante
 66 de sententia consilii Polonnensibus re-
 66 sponsum est. Non defutura Urbi colle-
 66 ctis viribus auxilia; ducerent intereā
 66 bellum, & vim hostium munimentis
 66 urbis propulsarent. Sed neq; Osinio ad
 66 alienum arbitrium militanti, citò im-
 66 perata facere integrum erat: & poten-
 66 tiam hostium, quæ tunc obtentui sume-
 66 batur in locis nobis minus opportunis,
 66 non modo sustineri, sed frangi quoque
 66 potuisse virtute Visnieviecii eventus
 66 paulò post docuit. Ita destituta nimiū
 66 cautis nonnullorum consiliis tam pro-
 pinquo

Lithuania gestarū Commentarius. 17

pinguo subsidio, urbe, crevere hostium, ce
nostrorum, cecidere animi. ce

Præcipuè fidelioribus præfidiariis ce
attonitis, sumpsere prodenda urbis au- ce
daciã, quibus prospera licentiã ex- ce
empla stimulos ad perfidiam dabant. ce
Aliis fugientibus, adjuvantibus aliis, ce
nemine resistente intromissus hostis, ur- ce
bem cadibus & stupris fadatam diri- ce
puit, & in nobiles præcipuè feminas ce
tristibus exemplis crudeliter grassatus ce
est. Non aliud municipium calami- ce
tate suã, magis partium fortunam per- ce
culit. Etenim tam munita urbis casu, ce
in vicinas provincias evulgato; nihil ce
invium aut inaccessum hostium poten- ce
tia credebatur. Deserebantur passim ce
munitiones & castella, quæ vim hostiũ ce
aut propulsare, aut certè diu sustinere ce
potuissent. Mox hostis victoriã elatus ce
in Visnievecium, qui ad Constantino- ce
vum cum legione, quæ recens defuncto ce
Regi, à corporis custodia fuit, & ali- ce
quot vexillis Dominici Ostrogia Du- ce
cis, conjunctus, Crivonosii impetum, ce
duobus

66 duobus praeliis, fortissimè repulit; fe-
 66 licissimo ad spem debellandi successu;
 66 nisi statim post prioris congressus for-
 66 tunam ejusdem rursus Palatini Kio-
 66 viensis, tanquam veterani Ducis con-
 66 filium, atq; auctoritas utriusq; victo-
 66 ria fructum corrupisset.

66 Cum enim primo conflictu pulsas
 66 Crivonosii copias, postridie nova auxi-
 66 liorum agmina confirmassent, veriti
 66 nostri Duces, nè in seipsis à tergo, versus
 66 pacatas Regni oras itineribus, com-
 66 meatus & auxiliorum spe interclude-
 66 rentur, instante Palatino, maximam
 66 peditatus partem, unà cum impedi-
 66 mentis & apparatu bellico ultra duo
 66 cis Constantinorum Germanica mil-
 66 liaria ad pagum Rosolovam præmise-
 66 runt: ipsi cum expeditis cohortibus,
 66 instructa pro manibus urbis acie paulò
 66 post secuturi. Sed cum hostis distractos
 66 jam & viribus diminutos, ferociter
 66 adortus esset, tantà virtute à Vijnie-
 66 vicio exceptus est; ut hostilium cada-
 66 verum strage proximi fluminis stagna
 la-

Lithvaniae gestarū Commentarius. 19

lacusq; complerentur. Profligatus ho-
stis ultra fluvium refugerat.

Sed cum victoribus nostris ob pau-
citatē divisasq; vires victoriā per-
sequi non esset integrum, ad impedi-
menta, quae jam cum peditatu longius
abcesserant, sese recipere coacti sunt.

Quod ubi per exploratores hosti, re-
rum bellicarum minimè rudi cogni-
tum est, collectis è trepidatione ani-
mis, per absentiam nostrorum trajecto
iterum flumine, medium sese inter de-
sertam urbem, & Nostros jam longius
remotos interjecit, magnâq; celeritate

Castra munire properavit. Serò Visnio-
viecius Palatini consilium toties infe-
lix damnare cepit. Cujus error reditu
nostrorum corrigi non potuit, firmatis
jam antequam venissent vallo & fossa
profundiori, castris hostilibus: Ita
victoria gloria penes Visnoviecium:
fructus penes Crivonosium, corrupti
succensus culpa penes Palatinum Kio-
viensem remansit: redacta in potesta-

tem

“*tem hostium urbe, situ loci & muni-*
 “*mentis validâ.*”

Hic erat rerum in Ukraina status, cum in Comitibus Convocationis destinatus Lithvanici exercitus numerus fatali impendentis periculi neglectu, minueretur. Qui si maturè & idoneo (quod prudentiores contendebant) numero, conscriptus fuisset, non modo exoriens incendium; quo mox bona pars Lithvanix conflagravit, in primis mali scintillis extinguere, sed aliis etiam Regni provinciis opportunè subveniri potuisset.

Serpebat interim proximas quasque rebellibus provincias inficiens, pestiferæ labis contagium: donec Lithvanicas quoque oras corripere, primùm ultra Borysthenem per abscessum isthinc Ducis Visnievicii crescente seditionum audaciâ; quæ usque ad Starodubum & Homelium, aliaque vicina Lithvanici juris municipia pervasit. Mox in finiti-

mam

Lithuanie gestarū Commentarius. i
mam eis Borysthenem & Pripetium
Albæ Russiæ oram, pestis hæc trans-
iit, atque isthic Nobilitatem diveris
in locis, ingruente periculo e. ci-
tam, levioribus, & quæ narrari non
merentur, certaminibus aliquim-
diu exercuit. Cui malo, ut ma urè
occurreret Dux RADIVILIUS; iul-
lodum publico Reip. præsidio, quod
esse in promptu posset, excubante,
GREGORIUM MIRSCIUM EXCUBI-
RUM *M. D. L.* PRÆFECTUM, cum suis,
fratrisq; BOGUSLAI DUCIS; duorum-
que agnatorum SUPREMI *M. D. L.*
MARESCHALCI, & DUCIS CLECENSIS
privato impendio conscriptis co-
hortibus; mittit, qui hostiles ibi pro-
gressus susteret; dato negotio, ut
contractis in unum dispersis armatæ
Nobilitatis viribus, speciē aliquam
justi exercitus hosti opponeret. Sed
dum singuli pugnare malunt: paulò
abfuit, quin universi vincerētur, fu-
gato ad Rezizā LADISLAO WOLOVI-
CIO, Notario Campestri. Cuj⁹ succes-
sus

su fiducia, hostis HORHOVAM ducit,
 ut nostris paucis, & trajectu Bere-
 zii fluvii occupatis; magno nu-
 mero superveniens; fuis duobus
 militum signis, MIRSCIO, improvi-
 sam eadem intulit. Sed presentissi-
 mum erat, à circumjecta anni Pri-
 peto Polesiâ periculum, quæ post
 tot prosperos in Kioviæ & Volinhæ
 provinciis Cosacorum successus,
 & bellionem obviis ulnis acceptum,
 in proximas Lithvaniæ oras trans-
 mittebat. Quapropter cum veloci-
 tas mali longiores moras non fer-
 ret, Imperator, fraternæ ditioni,
 quæ Polesiæ contermina est, per ab-
 sentiam BOGUSLAI Ducis, metuens
 ad Slucensis urbis præsidium, no-
 vum è priori satellitio cum Juskevi-
 cio Centurione militem maturè ad-
 jecit, cujus præsidii metu, & Russica
 plebs in fide retineri & hostium vis-
 tantisper dum alia auxilia succur-
 runt, sustineri posset.

Nec fefellit eum periculi provi-
 sus.

sus. Quippe hostis validã manu collectã, vallo & manibus urbis successerat, subdolè deditiõnem poscens, & civium animos ad proditionem sollicitans. Qui cum nondum satis firmo præsidij frãno continerentur, Sosnovij Gubernatoris prudentiã spes compositionis hosti, ne quid interea violentius tentaret, per dies aliquot objecta est, donec quatuor vexilla missu Imperatoris accurrerent. Hoc subsidio occultè in Urbem recepto, abruptum colloquium, & hostis omnium ignarus, dum in spem proditionis incautus urbi succedit, repenti patefactis portis, acerrima eruptione excipitur. Turbatus improvise malo, & disjecto agmine recedens, validè incumbentibus, missis à Duce præsidarijs, ad cujusdam trajectus angustias Smolseij virtute magnã strage concisus est.

Repulso isthinc hoste, parte alia Imperator de periculo Albæ Russiæ

B

anxi.

anxius, quod post Horvolensem
 cladem jam non oras tantum, sed
 & interiora Regionis tentate cape-
 rat; non expectato tardo delectu-
 um subsidio: ipse cum exigua, nec
 dum millenarium numerum im-
 plente manu in hostem eduxit. Spe-
 rabat exemplo suo militem abjecta
 omni morâ concursu undiq; facto
 præsto affore. Verum is singu-
 lorum Districtuum stipendio seor-
 sim auctoratus, nec satis disciplina
 militari & imperio Ducum obno-
 xius paucissimis vexillis exceptis,
 maturè non comparuit. Tamen
 illa exigua manu ac Ducis præsen-
 tiâ factum est, ut & interiora pro-
 vinciarum jam in rebellionem tu-
 mentia, in obsequio tenerentur, &
 in remotioribus oris, congregantis
 se exercitus terror hostis insolenti-
 am refrenaret.

„ *Intervenit mox in Regno Poloniae*
 „ *ad Pilavicensem arcem tristis ac pu-*
 „ *dendus Reipubl. casus: dignus, qui æ-*
 „ *terno*

Litvania gestarū Commentarius. 25

terno annalium silentio sepeliretur, si
tam in nostra potestate esset, oblivisci:
quàm tacere promptū est: aut si tam
linguis & calamis tot consciarum gen-
tium, quàm nostris imperare liceret.

Quem idcirco brevi compendio per-
currere satis esto. Initio Interregni,
postquam nuncius de funesta exerci-
tus nostri, unà cum Ducibus calamita-
te, Primatem Regni Archiepiscopum
Gnesnensem, unà cum plerisq; è Sena-
tu Proceribus Varsavia de Repub. con-
sultantem, perculisset, de presentis con-
siliij sententia, lapsis in Ukraina rebus
consulendo, tribus Ducibus summa rei
commissa est: Dominico Ostrorogia
& Zastavia Duci Sendomiriensi tunc
Palatino, Nicolao Comiti ab Ostrorog
Pocillatori Regni, & Alexandro Co-
nezpolio Regni Vexillifero; Quorum
singulis separatim rem gerentibus da-
tum est absolutum imperium: si vi-
res conjungerent, posteriores duo, pri-
mo parere jussi sunt, tanquam digni-
tate potiori. Privatam hoc Archi-
episco-

26 Rerum in magno Ducatu

„ episcopi & Collegarum iudicium, fa-
„ tagentibus electorum amicis & clien-
„ tibus, publica Convocationis Comitia
„ confirmarunt, non sine tacita (nec
„ fortasse iniqua) quorundam, qui se
„ injuriâ prateritos censebant offensione.
„ Sed aperta militarium virorum indi-
„ gnatio, ac totius populi fremitus, Du-
„ cem Visnievicium, à clavo militaris
„ Imperij, per injuriâ repulsum conque-
„ rebatur.

„ Qui profectò imperatorijs artibus,
„ fortitudine in hostem, comitate in mi-
„ litem, laborum patientiâ, rei militaris
„ peritiâ, & recenti in plurimis expedi-
„ tionibus experimento, non minus fa-
„ vorem in animis omnium; quàm in
„ militum obsequio auctoritatem, rem
„ omnium maximè Imperatori necessa-
„ riam, sibi conciliaverat. Quae certe
„ auctoritas, ceteris, quos commemora-
„ vimus Ducibus, tunc deerat; magno,
„ quod eventus docuit, Reipub malo.
„ Quominus prosperè successit, quicquid
„ post translata à Visnowiecio in a-
„ lios

Litb
lios
alio
frag
xero
prac
dido
tra
E
E m
con
ex a
E r
dem
tò q
tan
Spec
refo
sibi
ultr
ped
vas
spar
jaet
acce

lios potestatem, cui ante adventum
aliorum Ducum tacitum militum suf-
fragium summam rei detulerat, ab e-
xercitu armis, virisq; florentissimo, sed
præcipuè opulentia ostentatione splen-
dido, ante fugam Pilawicensem con-
tra hostem gestum est.

Piget referre, plerisq; Tribunorum
et militum, quasi divinitus immissam
consternationem: cum eorum, quos
ex acie ignobilis pavor abstulit, fuga
et trepidatio, fortissimum quemq; eo-
dem torrente abriperet, cunctis, quan-
tò quisq; rei Militaris peritior erat,
tanto magis suspecta, nec ullo insigni
specimine experta, Ducum Imperia
reformidantibus. Ergo dum seorsim
sibi quisq; consulit, è tanto exercitu
ultrò dissipato, paucissima equitum
peditumq; signa honestiori receptu e-
vasere, reliquis omnibus sigillatim ac
sparsim diffugientibus.

Hinc ad famæ et impedimentorum
jacturam, immani precio estimatam
accessit, inermis Patriæ nec ullis penè

„pulsarum copiarum reliquijs succin-
 „ctæ, destitutio: cum hostis Tataricis
 „agminibus stipatus, insperatam urge-
 „ret victoriam, longo terrarum Rusiæ
 „tractu videlicet armis peragrato, do-
 „nec ad Urbem Zamosciam, primam
 „resistere ausam, adulto jam autu-
 „mno sensim belli impetus consenesce-
 „ret.

Cum igitur ipsis jam Electionis
 Comitij hostis imminere videretur,
 nullo tunc, (si peculiare pri-
 vatorum copias exciperes) publi-
 co Reipub. exercitu, præter Lithva-
 nicum reliquo, trepidus Archiepi-
 scopus Senatus ac Nobilitatis no-
 mine Ducem Radivilium compel-
 lat, petens, ut relictâ in Lithvaniâ i-
 donea manu, cum parte exercitus
 sui præsidio Comitij accurrat.
 Tunc primùm insigni documento
 compertum est, quanto Reipub. pe-
 riculo, justo ac sufficienti conscri-
 bendi Lithvanici Exercitus nume-
 ro, intercessum sit. Nam copias
 dividi

Lith
 divi
 men
 mun
 lius,
 po o
 nis m
 nèdi
 defe
 Alba
 pera
 suar
 cio t
 mod
 mul
 ut a
 rent
 cem
 cupa
 sem
 re;
 con
 Exc
 trob
 pass

Lithuania gestarũ Commentarius. 29
dividi paucitas non sinebat: Ta-
men, nè in tanto discrimine com-
muni Reipub. deesset Dux Radivi-
lius, imploranti opem Archiepisco-
po obsecutus, ad Comitria Electio-
nis non inermis profectus est. Sed
nè discessu suo Lithvanicas oras in-
defensas relinqueret, partem illam
Albæ Ruffiæ, quam pacare ipse cœ-
perat, uni è præcipuis Copiarum
suarum Tribunis *Vladislao Volovi-
cio* tuendam commisit, tradita ipsi
modica quidem manu, sed misso si-
mul ad Vexilla Districtuum edicto;
ut ad eum quàmprimum conflue-
rent. Porro animadvertens fero-
cem *Pilavicensi* successu hostem, oc-
cupatâ universâ *Polesiâ*, *Pinsces-
sem & Brestensem* ditionem invade-
re; eò majorem exercitus partem
convertit, Duce *Gregerio Mirscio*
Excubiaram M. D. L. præfecto. U-
trobiq; res ex sententiâ gesta est.

Nam & *Volovicus* ex orientes
passim motus per absentiam Ducis,

in

30 *Rerum in magno Ducatu*
in ipsis iniurijs comprimendo conatusq; hostiles turbando pro virili parte officio functus est. Eo tempore ab Horacio Orsanæ Nobilitatis duce, ac cæteris, qui ei auxilio accurrerant, ad mille quingenti rebellium Czerekoviæ oppressi sunt: & paulò post Bychovia Urbs Procancel. M. D. Lithv. prædiariorum virtute acerrimam hostium oppugnationem fortiter ac prospere propulsavit. Sed & Mirscius memorabili ad Pinscum clade hostem profligavit: Is universa Volhiniæ atq; Kioviæ ditione subacta, in proximam Lithvanici juris Polesiam irruperat; occupatâ aut potius ultrò in deditiorem veniente Pinscensi urbe, frequentia populi atq; opibus præpotenti. Unde tanquam ex arce belli, in vicina oppida excursionibus factis grassabatur, & populum ubiq; ad seditionem concitando, toti Lithvaniæ imminabat. Jamq; & Brestensem, ad Bugum,

gum, urbem, ipso loci situ tutam terrore sui, late per continguas regiones sparso diripuerat; cum Mirscius; nè in ignobilioribus locis, satis alioqui exiguas copias, attereret, ipsum belli caput sibi petendum statuit, & recta ad Pinscium in hostem duxit.

Illic ad 10. millia armatorum ducte *Maximo Hladkio* reperit. Qui cum loci palustris opportunitate, situq; ac munimentis urbis, sine negotio vim nostrorum propulsare possët, contempta paucitate copiarum in subjectum Urbi Campum ultro ad pugnam provocantes prodire. Commisso praelio virtute *Pauli Neviarovij, Samuelis Comorovij, Alexandri Gonsevij, Svarzoffij, Jelscij* atq; aliorum, inclinatis hostibus, quibus Urbs receptum dabit, *Mirscius* tria equitum hastatorum vexilla, *Alexandri Polubienscij Palatinide Pernaviensis* ductu, circumire pomeria, & per adversam

portam in urbem moliri aditum
 imperat. Parte altera ipse turbato
 nec cedenti hosti incumbens, una cū
 fugientibus irrupit. Ubi nē ex æ-
 dificijs tectisque damnum accipi
 posset, igne properē injecto, urbs
 incendio, hostes cum incolis atque
 ipso Duce *Hladkio* interneccione
 delentur. Nam cum per adversam
 portam fugientes erumpere vellent
 ab obvijs inter septorum angustias
 equitibus, adversis hastarum spicu-
 lis, configuntur: atq; inter duo u-
 trinq; agmina comprehensi, inter-
 ceptā fugā, maxima strage sternun-
 tur. Prima hæc victoria Electo in
 Regem Joh. Casimiro læta novi im-
 perij decoravit auspicia.

Rex electus in pacando Regno, gu-
 bervationem exorsus, nuncium ad
 Chmielniciū misit, qui servato
 idoneo inter Regiam dignitate,
 & necessitate temporum extortam
 indulgentiam, temperamento, ho-
 minem de facta concordibus suffra-
 gijis

Litvaniae gestarū Commentarius. 33

gijs Electione, certio rem faceret, suoque nomine postularer, ut ab oblecta Urbe recederet, positis tantisper armis, dum plenae pacificationis rationes inirentur. Chmielnicius oppugnatione Urbis nequiquam tentatā, grassantibus jam inter imminentem suorum colluviem morbis, gravem spolijs fameq; ac peste afflictum exercitum, in proxima hyemis vicinia, in hostico detinere, aut recentibus copijs objicere periculosum ratus: simul Pinicensi clade ancipitis belli fortunae admonitus; praeterea, qui partibus Electi Regis favisse, videri vellet: oblatam sibi tam honestam recedendi ab Urbe occasionem non omisit: & quod propriae utilitati revera praestitit: specioso erga novum Regem officio libenter imputavit, Soluta obsidione Zamoisti, direptaq; & relicta citeriori Volhynia Kiovia triumphabundus discessit. Praesidia tamen validā in Oppidis ad Sluzam

zam amnem collocavit; quæ reditum Nobilitatis ad possessiones suas arcerent: longè lateq; patentēs, & utrinq; ad centum Germanicæ milliaria porrecta Ukrainæ provincias, intra sua præsidia complexus. Horum fiduciâ & exemplo, contiguæ Lithvanici Juris regiones & maxima Albæ Rusiæ pars, *Grædeci, Tarovia, Mozyri, Bobroisci, Rezize, Loiovia, Homelia*, alijsq; in locis præsidia sua retinebant, atq; ejusdem illius Chmielnicianæ ditioris, quæ jugum excusserat, ambitu, comprehendi volebant. Pinscensi tamen clade, simulq; adventantis Ducis Radivilij metu perterriti perduelles Brestâ & viciniora loca sensim reliquere. Peractis Electionis Comitijs; substitit aliquandiu Brestæ Imperator, gravi morbo implicitus. atq; illic sub ipsa ineuntis anni 1649. auspicijs; reliquis, quæ Pinscensi expeditioni non adfuerant, copijs coactis; non expectato dum

dum planè desæviret morbus, neq;
adeo hyberni frigoris intemperiem
moratus, castra movet. Enimverò
ad hostem qui in contermina Lith-
vania Polesia penitus nidificave-
rat, è locis ob paludes inviis, atque
inaccessis exturbandum; hyemis
opportunitate utendum fuit. Pro-
moto itaq; expugnati Pinsci exerci-
tu: & conjunctis cum Mirscio co-
pijs; secundum fluminis Pripeti
ripà, contiguum Volhiniaë limitem
Lithvaniaë premès tripartito agmi-
ne versùs Borysthenem ducit. Ne-
que verò tantum armatae seditio-
rum manus, sed incentores quoq;
ac socij rebellium, & si qui erant
parratorum sibi scelerū conscij pas-
sim diffugiebant, secutæ sunt Oppi-
dorum *Grodeci* & *Turovia*, è longin-
quo pactæ deditiones: hoste adeo
nusquam comparere auso, ut nisi
improvise superventu oppressus,
pugnandi copiam facturus non vi-
deretur. Proinde Dux ad Turovi-
am

am castris & impedimentis cum pedite relictis, expeditum equitem cum Dragonibus rapiens, versus *Mozyrum* contendit, sicubi forte hostem ad pugnam elicere posset; cuius opem agrestium conjuratio, ad invadendos nostros exstimulans implorabat. Verum is *Ovrucium*, *Genobylum*, aut in ulteriorem *Borysthenis* viciniam, vel trans *Pripetium* amnem sese receperat. Unum *Mozyrum* oppidum inclinatum partium fortunam restituere, cursumque victoriae remorari ausum Ducis atque exercitus vires in se convertit. Datum tamen poenitentiae spacium, praemisso cum aliquot equitum vexillis *Paulovicio*: qui incolis municipij praeteritorum veniam, & pacem in futurum promitteret, si manere in officio vellent. Oppidani per quosdam e suis obviam progressos, *Chmielnicij* & *Commissariorum Pereslaviensium* literas causati; imperata facere detestantur.

Ha-

Lithuania gestarū Commentarius. 37

Habuit hunc honorem literis istis
Paulovicus, ut nihil hostile ausus,
quinq; millibus passuum retrò rece-
deret, dum Imperatoris ea de re sen-
tentiam sciscitatur. Misit tamē unū
è militum Nobilioribus in Oppidū,
qui incolis pacata omnia offerret;
copias Imperatoris in hyberna ad-
mittentibus: Sed illi non præstola-
ti Ducis responsum, militem hunc
compedibus onerant, ipsi nocte
concupia Duce *Micbnico* præfecto
egressi, *Paulovicium*, nihil minùs
quàm hostile aliquid ab ipsis me-
tuentem, improvise adorti, cæsis
excubijs penè circumvenerant, nisi
Vechmannus cum Dragonibus &
Chodorcovius cum Prætorianæ Co-
hortis commilitonibus, quos re-
pentina necessitas ad pedestrem pu-
gnam adegerat, vim ingruentium
tantisper sustinisset: dum reliqui
equites arma capiunt; factoque im-
petu incumbentem hostem strenuè
propulsant. Pridie subsequentiis
Lucis

siup

lucis sub meridiem Imperator, cum
expedita manu magnis itineribus
ad *Scriolovium* pagum accesserat,
decem millibus passuum ab Oppi-
do distantem. Illic fesso ex itinere
milite, modica quiete refecto, circa
tertiam ejusdem noctis vigiliam,
versus Mozyrum movens, à Paulo-
vicio & captivis in nocturno illo
tumultu comprehensis, certior fit,
de obstinatione rebellium: atque
sub ortum solis oppido succedit.
Non obstitit nova hæc rebellium
insolentia, quò minus eos, ad sanio-
ra consilia flectere niteretur. Pro-
inde ab uno è præcipuis Tribuno-
rum literas dari imperat, quibus of-
ficij simul, & periculi sui admone-
rentur, posito ob oculos Pincensis
excidij exemplo, nisi poenitentiam
quàm perniciem mallent. Sed
cum literas à tubicine accipere nol-
lent, & pro responso minas & con-
tumelias ingererent, Imperator
oppugnationem aggreditur. Et
quia

quia à dextrâ parte succedentibus ad oppugnationem, suspecta erat, vallis denso querceto obsita, cum annexo colle, qui à paucis hostium tenebatur; metuens nè illinc hostis à latere incumberet, unum equitum vexillum adjuncto calonû signo, quorum subsidio paucitas oppugnantium supplebatur, circumire collem, atq; inde hostem dejicere imperat. Ipse Dragonum aciem ex equis descendere jubet: eorumq; objectu contacta tormenta ad proximum hostium propugnaculum admovet.

Tum diducta improvise acie pægitur medijs tormentis spatium. Adextro quidem cornu, Ducis ipsius & *Vincentij Gonssevij* Dragones, sinistro *Rajecius* & *Elsnicus* tendebant. Post tormenta *Ganckoffius*, in subsidijs collocatus; raro fortitudinis specimine indimisis equis oppugnationi imminens: Cujus terga hastatorum turmæ claudebant
ejus-

eiusdem exemplum in dimittendis equis secuta. Admota munimentis Dragonum acie, ubi Dux ipse curabat tormentisq; majoribus & manuarijs explosis, postquam ad oppugnationem ventum, sinistrum coram paululum nutare coeperat, nisi Dux delectos è pluribus vexillis, qui præsidio tormentis attributi erant, subsidio laborantibus misisset. Quibus ipsis mox Gankoffium cum suis jam ex equis desilientibus submittit. Is strenue imperata executus vallum occupat, cui equestre hastatorum agmè hortatu atque ductu ipsius Imperatoris, raro militaris obsequij exemplo, dimissis equis succurrit. Fracta resistantium pertinacia munitiones hostis perruptæ. Sed Imperator modicâ manu tormentis præsidio relictâ; cum reliquis civitatem ab alijs partibus bipartito invadit. Nam cum videret partem ejus propter ripam fluminis

nis

Litvania pestarū Commentarius. *¶*
nis sitam, munitionum alioquin
expertem, partim tugurijs & cur-
ribus aggesta terra repletis, partim
excitatis extemporaneis à concreta
glacie muris; qui patentia versus
flumen vicorum spatia clauderent,
munitam: partim deniq; confra-
cta in profundo fluvio glacie, in-
accessam redditam, inter flumen
& contigua flumini ædificia; extra-
ordinarium è calonibus militem ir-
rumpere jubet.

Ab aliâ verò parte Tribunum,
Tisenhausum, latus oppidi circum-
vehi, & conjuncta cum *Paulovicio*
manu, in hostes impetum facere
imperat. Qui cum illac etiam ir-
rupissent, magna ubiq; cæde in
obvios sævitum. Acuebat vincen-
tium iracundiam, pereuntium de-
speratio, è domibus & tectis perti-
naci rabie decertantium. Proin-
de injectis ignibus Oppidum ma-
gna sui parte in cineres confedit.
Capto ac direpto municipio, ædi-
bus

bus sacris atque imbelli turbæ, ut parceretur, præcipua Imperatoris cura fuit. Sed in Oppido cæde atque incendijs deformato hospitari non visum, atq; eductis copiis in proximo vico pernoctatum est.

Repurgata ab hostilibus præsidijs omni orâ, quæ secundum Pripetij amnis ripam, versus ortum extenditur, non longe aberat Borysthènes fluvius, cum Duci ad lævam in interiora Albæ Rusiæ deflectere visum est, quòd illic præpotens municipium *Bobroyscum* hostili præsidio infessum rebellium partes sustentaret. Illud ante adventum suum lenta obsidione claudi imperaverat, quòd impigre à Volovicio mox & Vincentio Corvino Gosiewski M. D. L. Dapifero præmisso, factum obseptis undiq; itineribus, nè hostis elaberetur. Adventu Ducis Oppidani Mozyriensium casu perculsi, rupto Sacramento,

to,

Lithuania gestarū Commentarius. 43

to, quò se Cofacis præfidiarijs devin-
xerant, egressi obviam supplices,
deditioem faciunt. Deserti
præfidiarij pars fugam, pars defen-
sionem moliebantur occupatis tur-
ribus, invalido, nec in longum pro-
futuro præsidio.

Nam ubi nulla spes evadendi su-
perfruit, subjecto inferioribus tabu-
latis igne, ipsi desuper in mutuas
cædes conversi; adversis sclopeto-
rum ictibus sese conficiebant;
donec correptis incendio parietibus
pleriq; ustulati, & vim flamma-
rum tolerare non valentes, sese
foras præcipites ejicerent. Quos
inter Dux eorum Poddubsius captus
supplicium, quod voluntaria nece,
necquicquam prævenire voluerat,
non effugit. Dispar utriusq; mu-
nicipij fortuna, sicuti advenas re-
belles ubiq; perterruit, ut sese in-
tutiora ultrò reciperent; ita oppi-
danorum indigenas in spem veniæ
erexit. Nec mora, *Reziza*, Oppi-
dum

44 *Rerum in magno Ducatu*

dum ad Borysthenem, missis deprecatoribus, deditioem fecit. Reliqua loca dilabentibus ubique, qui de venia desperaverant, certatim in manus veniebant. Sed præterea *Horselia* deditio expectabatur, Oppidi ultra Borysthenem, situ loci, & valido præsidio firmi.

Cunctantibus præsidariis rebellium; illuc vires omnes convertendæ erant, nisi ex transverso Pereaslaviensi transactione pactæ generales induciæ intervenissent; quibus usq; ad diem proximè venturæ Pentecostes in spem perpetuæ pacificationis, arma utrinq; sistebantur. Non deerant, qui damnarent intempestivam intermissi belli quietem fesso tunc cum maximè hostium exercitu, quem pestis, fames & morbi depopulati enervaverant: Subtractis quoque Tatarorum auxilijs, qui & ipsi pluribus incommodis conflictati penè amisso equorum usu, in hiberna

berna abierant. Abegerant ex hostico innumeros equorum, atque armentorum greges, quos impedito per æstatis proximæ Militiam ab agricolis susceptam, rei rusticæ usu; mox sæviente bruma summa pabuli difficultas, majori ex parte absumserat, propagato in reliqua, quæ restabant, jumenta, pestiferæ luis contagio. Contra apud nostros ubiq; ut minor militum numerus, ita integrum robur equis & armis instructior exercitus.

Nec deerat alacritas, conscientia virium & impulsus hostis contemptu, si victoriæ successibus insistere licuisset. Quæ omnia sub æstatem proximam, spe pacis evanescente, & copiis hostium in immensum auctis, nobis atque hostibus in contrarium verterunt. Illico post pactas inducias mittitur ab Aula nomine S. R. Mtis interdictum, quò Dux Radivilius ab
hosti-

46 *Rerum In magno Ducatu*

hostico recedere, & intra Borysthenē & Pripetium flumina exercitum continere jubetur, tantisper dum post elapsum Induciarum spacium sperata pax coalesceret. Paruit Imperator urgente super expressū Regiarum literarum mandatum, ingravescente valetudine, toto hybernæ expeditionis tempore non satis integrâ, atque tot deinceps afflictâ laboribus; donec in acutissimi vim morbi erupisset. Dum tamen adhuc sui utcunq; compos esset, exercitum in hybernis quadripartito divisit: parte *Rezyzæ* ad Borysthenem parte alia *Stressini*, tertia *Robozovi*; quarta *Zakaliæ*, collocatis. Per absentiam Ducis exercitus post labores & pericula spe pacis gustata; & rerum bene gestarum fiducia fretus, non exoptatum modo famis & ærumnarum finem, ac rerum omnium copiam, sed debita meritis præmia sibi despondens posteaquam expectatio-

Li
sta
gi
bi
tio
en
bo
ge
psa
tro
ma
ru
ba
stip
peo
pal
mi
pu
cis
fre
sol
rat
de
in
dil
nij

statione suâ frustratus est; in regione omnium egena, assignata sibi stativa, ægre tolerare, & ad seditionem propendere cœpit. Neq; enim sola, commeatus inopiâ laborabatur, verùm inter horridam gentem non itinera modo; sed ipsa penè contubernia perpetuis latrocinijs infestabantur, quæ pestis maximam gregarij militis & eqvorum partem absumsit. Accedebant graves ob retenta in ærario stipendia querimonix, dum pleriq; pedites inediâ ad maciem, eqvites pabuli inopiâ; penè ad pedestrem militiam redacti, non minus Acta publica protestationibus quam Ducis ipsius (quanqvam ægri) aures frequentissimis exostulationibus sollicitarent. Et quamvis Imperator, spe, promissis, precibus, tandem etiam privata sponhione, & in casum denegati, aut nimium dilati stipendij, opposito patrimonio sui pignore, fidem publicam

C susten-

48 *Rerum in magno Ducatu*

sustentaret, ægrè placabantur animi, præter memoratas causas, intentato à quibusdam, ob eaqvæ belli jure gesta fuerant, iniquo judiciorum metu, irritati. Proindè nondum planè remittente morbo Imperator non magis ad refovendâ valetudinem quàm placandis militum desiderijs Vilnam delatus, dabat operam, ut exercitui, unâ cum stipendio, disciplinæ patientia atq; obsequij necessitas redderetur.

” *Quid interea in Regno Polonia*
” *gestum, quoque pacto ad eas, quas me-*
” *moravimus inducias, mox bellum, ac*
” *deinde pacem subsequutam descensum*
” *sit, paucis exequemur. Digressus, ut*
” *diximus, ab obsidione Zamosci Chmi-*
” *elnicius, pacis æquis conditionibus ac-*
” *cipiendæ spem fecerat, si ad hoc nego-*
” *tium homines inturbidi suisq; parti-*
” *bus non infesti adhiberentur. Qua-*
” *propter Rex ADAMO KISIELIO PA-*
” *LATINO BRACLAVIENSI, qui anno*
” *proximè elapso, ejusdem pacis seque-*
” *ster*

Lithuania gestarū Commentarius. 49

ster, sed frustra fuerat, negotium de-
dit, ut cum Chmielnidio de conditio-
nibus ageret, adjunctis ei duobus ad
eandem operam Reipub. navandam,
socijs & collegis. Quibus cum Pere-
aslaviam usq. profectus privatimque
& publicè cum Chmielnicio colloca-
tus, præter omnium expectationem,
nihil prioribus declarationibus simile,
nec mitius quicquam ab ipso retulit,
quàm belli denunciationem. Id-
que quò indignius res acciperetur,
postquam à Rege quasi non dubia pa-
cis spem amplexo, bellici in Zaporovi-
anum exercitum imperij, insignia
ipsi solenniter delata accepisset. Quid
hominem in rebus supra vota fluenti-
bus hucusq. modestie famam captan-
tem, in eas intemperias egerit: haud
facile divinatu fuerit. Nam ex quo
Regis internuncium OLDAKOVIVM
cum modesto responso dimiserat, ni-
hil successuum ejus prosperitati acces-
sit. Sanè Kioviam cum triumpho
revertenti, nescio quis Hierosolymi-

,,tanum Patriarcham se gerens, una
 ,,cum Clero illius Urbis, obuius, res ab
 ,,eo gestas magnificè extulerat. Sed
 ,,ut istiusmodi illecebris rigidum pectus
 ,,aliquo modo demulceri potuisse non
 ,,diffiteor: ita penitus virilem animū
 ,,istis crepundijs captum esse parū cre-
 ,,dibile fuit.

,, Societas cum finitimis à septemtri-
 ,,one & meridie tentata, non ex animi
 ,,sententia procedebat. Eandem To-
 ,,haibejus agminum, Tartarorum
 ,,Dux socius subitā morte destituerat.
 ,,Reliqua erat Hani Pracopenfis ami-
 ,,cicia, quam ambiret, quæ nec ipsa sa-
 ,,tis certæ spei innitebatur, ob majora
 ,,apud Polonos præmiā, si ea in precium
 ,,quietis Tartaro dare voluissent; quæ
 ,,Chmielnicius in pretium periculi pro-
 ,,mittebat. Non abnuerim hominem
 ,,circumspectum nec ignarum Status
 ,,Reipub. satis intellexisse pacem cum
 ,,Commissarijs Pereaslaviensibus pactā
 ,,intutam fore: nisi Comitiorum au-
 ,,thoritate firmaretur: cuius rei jam
tempus

Lithvanie gestarū Commentarius. 51

tempus effluxerat. Sed hoc, ut col-
ligendas per exterorum Societatem vi-
res efficacem stimulum dabat; ita ad
apertam & præposteram hostilitatis
denunciationem nihil faciebat. Pro-
sus ut certam conjecturam facere non
liceat; quid illum adeo ferocem tunc
reddiderit, ut in quorum potestate se
fore semper antehac pollicitus fuerat;
cum is ne pacem quidem æquis con-
ditionibus colere vellet. Aegrè igitur
à se impetratum videri voluit,
ut in inducias consentiret, ad proxima
Pentecostes diem servandas.

Quibus tamen ipse & longè
magis indigebat, & postea aliquanto
melius quàm Respub. ad rerum geren-
darum præparationem, usus est: Per-
tracto interim in Societatem, Hano
Præcopiensi: præpotenti Tartaricarū
gentium Principe: quem contra Po-
lonos offensiones propria exstimula-
bant, ob retenta plures per annos, Ma-
joribus suis, navanda contra quemvis
hostem opera gratia, antiquitus pacta
stipen-

„ stipendia. At Reipublicæ ordines in
 „ Comitijis coronationis, quasi jam ex-
 „ ploratâ pace hostium securi, segniter
 „ in casum belli pecuniam & militem
 „ preparaverant. Mox pluribus co-
 „ hortibus, quas per hyemē magno sum-
 „ ptu toleraverant, ineunte vere, exau-
 „ thoratis, & magna virium parte ex-
 „ armata Repub. bellum imparatis in-
 „ cubuit. Neque occasionibus accen-
 „ dendi belli, defuit miles in viciniâ ho-
 „ stilium præsidiorum excubans. Præ-
 „ cipuè circa BARVM Oppidum cruentis
 „ dimicationibus utring, certatum est,
 „ non in prospera nostrorum fortunâ, sed
 „ Duce LANCKORONIO CASTELLANO
 „ TUNC CAMENECENSI qui afflictis pro-
 „ mo anno rebus in Camenecensis ora
 „ defensione, eximiam Reipub. operam
 „ n. tuaverat. Postea sub exitum Indis-
 „ ciarum FIRLEIO Duce promotus in
 „ hosticum exercitus ad HORINUM a-
 „ mnem, ad ZASLAVIAM urbem, ad
 „ SUBZENICÆ & ZVIAHELIAM oppida,
 „ in lenioribus cum hoste certaminibus,
 „ ali-

aliquandiu victor, postquam intellexit conjunctis Tartarorum auxilijs, numerosissimas hostium copias adversare, sese cum copijs Castellani Camenecensis conjunxit. Sed ne siquidem trecentorum millium multitudini sustinenda parem se reputans, ad ZBARASIVM Ducis Visniovicensis arcem se recepit: quo & Visniovicus cum suis, strenuus nec infelix belator accurrit. Illic incumbentem tota belli mole hostem fortissimè sustinerunt, donec Rex cum mediocri manu subsidio adventans, cruentisq; periculosis cum Tataris ac Cosacis dimicationibus congressus, opportuna pacis ad Zborovum transactione obsidionem solvisset, bellique finem fecisset.

His breviter delibatis ad Lithvanicas res regrediamur, Chmielnicius paucitatis copiarum Lithvanicarum non ignarus, longè maximam virium partem, unà cum Tartarorum auxilijs in Polonos con-

54 *Rerum in magno Ducatu*

convertit. Lithvanicis autem copijs. Cricevium Ducem opposuit, attributis ei quadraginta circiter, & quod excurrit millibus bellatorum, per Kioviensis urbis & vicinæ Regionis præsidia distributorum. Erat is è Brestensi nobilitate quondam in Polonico ad Ukrainæ oras exercitu præfectus militiæ Czechrinensis & ob rei militaris peritiam defuncto Duci Konezpolscio carus, jã olim arctam cum Chmielnicio contraxerat. Quem & captivum postea ob perduellionis suspicionem è vinculis liberaverat. Atque ejus beneficij memoriã, præterito anno unã cum cæteris è Polonico exercitu, à Tataris captus, à Chmielnicio luculento lytro redemptus fuerat, susceptaque in redemptoris gratiam religione Russica Stanislai nomen Michaelis nomine commutaverat. His utrinq; benevolentia speciminibus factum, ut ei non tantum Kioviensis militiæ,

tia,

Lithvanie gestarū Commentarius. 56
tia, sed & totius Zaporoviani exer-
citus Lithvanicis copijs oppositi
Præfectura, à Chmielnicio collata
fuerit, promissis quanta poscere au-
deret subsidijs.

Et primùm quidem veris initio
à Colacis adversus Lithvanos nihil
tentatum; præterquam, quod Pri-
petij & Borysthenis amnium ripæ,
acribus custodijs servarentur; no-
stris duntaxat trajectu fluminum
prohibendis, donec æstate, hostis
(ut infra dicemus) transmissio Pri-
petio nostros ultrò lacefferet. Cæ-
terum Dux Radivilius, antequam
in castra veniret, quo promptiori
milite uteretur, stipendiorum solu-
tionem Vilnæ procurabat. Sed ob
ærarij angustiam, magnis in hoc ne-
gotio difficultatibus obortis, lon-
gior in eo expediendo, quàm optas-
set, mora Duci objecta, fecit, ut qua-
tuordecim diebus, seriùs quàm de-
stinaverat in Castra veniret. Nec
tamen plus, quàm de parte stipen-

dij, quàm primùm repræsentanda, fidem datam obtinuit, quæ discessu Ducis & ipsa evanuit. Ipse posteaquam certis nuncijs accepit spem omnem pacificationis, quæ post Pentecostem tentari debuit, abruptam; ad exercitum proficisci maturat, quem convenire in Castra ad Rezi- zam Oppidum Borystheni immi- nens imperat. Nondum copiæ ex hybernis excefferant, cum *Elias Ho- lota* Veteranus Cofacorum Tribu- nus, cum aliquot millibus bellato- rum clam trajecit amnem Pripeti- um, quod illi quidem ob agrestium studia, hosti obnoxia, nobis adver- sa, non difficile factu fuit. Id eâ mente susceperat, ut nostros per sta- tiva dispersos, priusquàm sibi mu- tuò opem ferre possent, improvise adoriretur, atque singulatim oppri- meret. Et processerat consilium, nisi virtute Cohortium, quæ *Zaba- lia* agitabant (quippe ab ijs incipe- relibuerat) *Falentino Donavajo*, præ- fectis

fectis vim strenuè gerentibus fortiter exceptus, & in ipso certaminis fervore, opportunè nostris subsidio cum Smolscio supervenientibus, delectis quoq; ex desultorio equitū genere, qui sub Vincentio Corvino Gonservio stipendium faciebant, profligatus magna cum strage suorum occubuisse. Quartus hic Dux rebellium in eā expeditione casus opima de se spolia præbuit.

Imperator ineunte Julio omnibus copijs ap Rezizam coactis complures dies placando milite insumfit, qui in sterili ac inopi solo sine stipendio militans, cum non aliunde alimenta suppeterent; quàm in commeatu secundo flumine navibus ad Rezizam subvecto; quæ tamen præsentī pecuniâ & pretio supra modum aucto, comparanda erant, trium saltem mensium stipendium instantius exposcebat. Quæ pecunia quanquam ab ærarij præfectis

fectis promissa præsto non erat, neque constabat, quando ventura esset.

Proinde non sine difficultate composito exercitu, prima de ulteriori belli progressu occurrit deliberatio. Nam hostis ex vicinioribus M. D. L. provincijs pulsus; ultra Borysthenem & Pripetium amnes quærendus erat. Longinquiore autem in penitiores hostilium provinciarum recessus, expeditionem non exiguus modò tot difficultatibus extenuati exercitus numerus, verùm & propugnandi, limitis Lithvanici ratio abnuebat. Quem incustoditum atq; inermem vicinis hostium præsidijs Homeliæ & ultra Borysthenem Pripetiumq; excubantibus (quibus cum Rusticana plebs illius ore clandestina coquebat consilia) in prædam profiteri non expediebat. Præcipuè cum earum regionum Nobilitas, nullo Ducis hortatu, nullis invitatorijs

Litvania gestarū Commentarius. Bo-
torijs literis adduci posset, ut arma
caperet, suamq; sibi securitatem
præstaret; sed omnis præsidij spem
in vicini exercitus præsentia collo-
caret. Hæc igitur præsidia tan-
quam fontem, & facem omnis in
illis regionibus mali amoveri, ad
summam totius belli intererat. Es-
quia exercitus jam ad Borysthenem
accesserat, ab ijs incipiendum vide-
batur, quæ trajectum amnis hujus
arcebant: quæle erat præsidium
è regione Oppidi *Lojovia* ripis con-
fluentium fluminum impositum.
Quo sublato, atq; ita utraq; Bory-
sthenis ripâ in potestatem redactâ,
cætera omnia hostium præsidia,
Homelia, Lubeca, Cernobyli, nullo
sanguine subigi poterant, & præter
abundantiam commeatus, plurimæ
rei benè gerendæ opportunitates
offerebantur. Prospiciens autem
Dux quantum momenti in conser-
vatione oppidi *Rezizæ* ob loci ac
portus opportunitatem situm esset;
reli-

61 *Rerum in magno Ducatu*

relicta illic valida manu, castra versus, Lojoviam 18. Julij movit. Ex adverso hujus Oppidi ante adventum nostrorum exusti, in ulteriore ripa, illic ubi Sofia fluvius Borysthenis alveum subit; loci situ inter utrumq; flumen arduo, ante paucos menses munitionem exstruxerat *Stephanus Pobodailo* Cernecoviensis oræ ac militiæ præfectus, quem sub signis ad duodecim milia armatorum habuisse, plerique è captivis referebant. Quippe munitioni in confluxu fluminum sitæ (paulò remotius tamen à Borysthene) adjacebant castra validæ manus capacia. Illuc igitur cum tenderet Imperator, peditatû omnem (præter Hungaros & Dragones) & partem machinarum, navigijs (quorum magnam copiam partim transmittendo flumini partim jungendis per pontes, si id ex usu videretur, amnium ripis comparaverat) imponit: qui secundo

Li
do
fl
So
ni
in
re
fit
Co
gi
tu
ric
ad
flu
m
cu
qv
m
So
ni
sec
cti
ni
fia
re
pu

Lithvaniae gestarū Commentarius. 62

do flumine devectus, trans Borys-
sthenem quidem, sed cis amnem
Sofiam ad oppositum hostili mu-
nitioni riparum angulum, & ipsam
inter duo flumina, situm appelle-
ret; quod non inprosperè succes-
sit Dapifero M. D. L. Vincentio
Corvino commissa sibi cura egre-
giè defuncto. Reliquum Exerci-
tum, cum impedimentis per cite-
riorem Borysthenis ripam deduxit
ad locum, qui fuit ex adverso con-
fluentium, quæ memoravimus, flu-
minum positus: ubi spatiosum lo-
cum amplexus, qui adventantia
quoq; subsidia capere posset, castra
metatus est. Ita usq; ad fluvium
Sofiam utriusq; jam ripæ Borysthe-
nis potens tutissima, commeatus
secundo flumine deducendi subve-
ctione procuratâ; illud unum a-
nimo agitabat; quonammodo So-
siam amnem trajiceret. Præsta-
retne ostentata de propinquo op-
pugnationis imagine; trajectum
in

63 *Rerum in magno Ducatu*

in longinquiore locis tentare; an apertâ vi naves cum propugnatoribus in adversam ripam impellere: quæ de industria ita fabricata fuerant: ut in ijs neque idonea protegendis sclopetarijs lorica, nec firma machinis explodendis statumina desiderarentur. Dum in eo est Impetator dumque inter hostes mediocri fluminis latitudine diremptos, assiduis velitacionibus certatur; ex captivorum indicijs certior fit, aliquam manum hostium adversus copias suas, cis Pripetium amnem trajecisse. Namque ob conspirationem cum hoste plebis Russicæ; alia ratio explorandi consilij hostium; Duci non supererat, quàm ut clandestinis in hosticum excursionibus frequentatis, captivorum indicia venaretur. Quamobrem, ut rem plenius exploraret *Samuelem Comorovium* suorum hastatorum Equitum præfectum, mittit cum mille ducentis equi.

Lith
eqv
pen
ind
ubi
ner
eve
ord
tor
dio
ster
ad
jun
ger
cop
alic
Ca
tra
int
sup
leri
fac
ten
ma
ptu
im

eqvitibus Brahiniam versus, ut carpendo hostium agmen certioribus indicijs cuncta cognosceret, Atq; ubi primūm hostem Rezizæ immingere intellexit, metuens oppidò, euestigio Paulovicium equestrium ordinum ductorem cum octingentorum militum manu illuc subsidio mittit; dato negotio, ut si hostem illic non inveniret, Brahiniam ad Comorovium tenderet, quò conjunctis utrinq; viribus, rem melius gererent. Interea ne qua ob eam copiarum diminutionem hosti ad aliquid audendum occasio pateret, Castra sua nimium spatiosa contrahi, eaq; quadruplici connexorū inter se currum serie cingi, atq; in super vallo muniri imperat. Celeritate Ducis hostium Criczevij factum est, ut imperatis exeqvendis tempus defuerit. Namque is non magis, manu, quàm consilio promptus, atq; in exeqvendis destinatis impiger, cuncta rei strenue gerendæ
ad.

65 *Rerum in magno Ducatu*

adminicula, præ nobis affatim habebat. In primis studia agrestium & sibi faventem locorum situm. Contra nobis omnia infesta atque infida: exploratores nulli; nulla nisi à bello captis extorta, eorum, quæ apud hostem gererentur notitia. Sedes autem belli inter sylvas paludibus distinctas ejusmodi, ut in ea absque indigenarum ductu commodè commeari non posset. Quorum studia cum hosti obnoxia, nobis adversa essent, sæpè accidebat, ut unde minimè sperabatur, improvise compareret hostis, atque ubi nostris per ambages longi circuitus vadendum erat, ibi hostis brevissimo compendio penetraret.

Criezevius igitur acceptis à Chmielnicio jam Zbaraziana, castra obsidente literis, quibus hominem ad invadendam Lithvaniam extimulabat, promissis quanta vellet, Tartarorum atque Cosacorum, auxili-

auxilijs; Primum in omnem trans
Borysthenem regionem, versus
Starodubum Czerniejoviam & alia
loca nuncios dimittit, qui populū
ubiq; fama atqve fiducia ingentis
exercitus, quō paucitatem nostro-
rum primo impetu obterere se pos-
se sperabat, sedibus suis excirent, &
ad insigne aliquod audendum im-
pellerent.

Deinde ipse cum quindecim mil-
libus Cosacorum militiae Kiovien-
sis versus Pripetum amnem con-
tendit; & in itinere adjunctis sibi
bis mille armatis Cernobylensibus
Duce *Michaelo Pancovicio*, ad Oppi-
dum *Babizam* in ripa ejusdem flu-
vij situm pervenit, in quo reperit
Joannem Bruiacum Præfectū Owrū-
censis militiae, cum sex millibus ar-
matorum, qui isthuc ante octidu-
um appulerat: Quihus tertium
quinq; millium agmen, ductu ejus
qui cæso Holotæ successerat:
atque insuper aliquot agresti-

um

36 *Rerum in magno Ducatu*
um millia sese aggregave-
re.

His Copijs instructus, trajecto
Pripetio Rezizam tendebat. Sed
ab agrestibus certior factus è ca-
stris nostratibus numerosa duo a-
gmina recens egressa, eorundemq;
indicio sciens non exiguam manū
Rezizæ in præsidio relictam, nec
ignarus ultra Borysthenem quan-
tum virium Podobajlonis muni-
mentis objectum distineretur, exi-
miam sibi occasionem rei benè ge-
rendæ oblatam; atq; illud unicū
esse tempus Castra aggrediendi, at-
que uno ictu, totius belli conficiē-
di, putavit. Itaque cum jam vix
quater millibus passuum Reziza ab-
esset, converso repente itinere, ad
castra nostra versus Lojovum con-
tendit, atq; in itinere Chelmezium,
proditione civium unicum Oppi-
di portam per speciem emittendi,
in pascua armenti, ex compacto a-
perientium, & fraude sacerdotis
Russi-

Lithvaniae gestarū Commentarius. 67

Ruffici, qui signum invadendi pul-
su sacri æris dederat, captum, cæsis,
qui restiterant, diripit. Præfecti
Copiarum ejus, ac præcipui Com-
militonum, in initio non probabant
consilium de castris nostratibus
aggrediendis, ante adventum Scy-
thici auxilij, quod unà cum trigin-
ta millibus Cosacorum propediem
sibi subsidio venturum sperabant.
Sed cum Criczevius magnam in
celeritate victoriæ spem, nullum
verò in audacia periculum ostende-
ret: quippe in nemorosa, & pa-
lustris Regione bellantibus, si fortè
pugna ex animi sententia non suc-
cessisset, integrum fore ipsis (dis-
serens) jacto extemporaneo in lo-
cis impeditis vallo, hostem campe-
stribus duntaxat prælijs assuetum,
eludere: tandem & ipsi rei geren-
dæ opportunitate allecti, spem non
modo certæ, sed etiam tutæ (ut
putabant) victoriæ amplexi sunt.

Ut tamen noctu potius, quam in-
ter-

68 *Rerum in magno Ducatu*
terdiu rem tentaret, monebāt. Qui-
bus & ipse morem gerere jam cō-
stituerat. Eaſque mente 30. Julij
loco à noſtris octo duntaxat paſſu-
um millibus diſſito Caſtra in Sylvis
metatus, conſilio cum Podobailo-
ne collato, ac re ita compoſita,
ut ad primum Criczevij in nos im-
petum, ille quoq; è munitionibus,
qvas trans amnem inſidebat, in ad-
verſam ripam erumperet: Per no-
ctem aſſumptis centum delectis
Comitibus vicina caſtris noſtris
loca ſpeculatus eſt. Verùm cum
poſtridie in vicina caſtrorum ejus
aliquot è noſtris pabulatores capti,
monita agreſtium & abſentiam tot
in caſtris commilitonum confir-
marent, veritus credo, ne tractu
temporis emiſſis nuper agminibus
in caſtra receptis, & ſpatio ad mu-
niendum dato difficiliorem eorum
expugnationem haberet: mutato
de repente conſilio, poſita omni
morâ expeditum equeſtrium copi-
arum

Litb
arum
pit
tis
ſeqv
E
Dux
men
Mir
fect
mit
ex e
pra
ſer
lap
pijs
den

Lit
ſo,
cap
ani
um
tre
me
in

Lithvaniae gestarū Commentarius. 69
arum agmen secum universum rapit, peditem verò cum impedimentis & machinis bellicis lentius subsequi jubet,

Eadem die, quæ ultima Julij fuit, Dux Radivilius circa nonam ante-meridianam è castris prodierat. Mirscio Excubiarum M. D. L. Præfecto, & Tifenhausio Tribuno Comitibus assumptis, cum subito unus ex equitibus pabulatorum agmini præpositis advolat, nuncians hostem à se intra alterum à Castris lapidem visum, cum ingentibus copijs, citato agmine ad castra tendentem.

Nec mora, Dux Excubitore Lithvaniæ in castrà properè remisso, ut militem suo jussu ad arma capienda cieret: ipse paulò post animadvertit Calones & castrensi-um turbam è campis magna cum trepidatione fugientem: mox & mediocrem hostium manum equos in vicinia castrorum pascentes abi-
gen-

gentem. Itaq; è vestigio promptissima, quæq; è castris vexilla erumpere imperat. Mox hostis è proximis sylvis evolutus circumjectos castris campos, equestri procella longe lateq; operuit, sublato ingenti ululatu insultans & ad terrorem augendum, Tartaricam acclamationem ingeminans. Interea vexilla signo dato è castris procurunt.

Primus omnium prætorianus Ducis ipsius è gente Hungarica peditatus sub signis stetit; quem ipse Dux, ad adjacentem vadum trajectum, per quem hostibus transeundum erat, properè admotum, irrumpentibus objecit: utq; ibi vetustum propter aquas ædificium, & vicinum molendinum occuparet, imperavit. Horum sclopetariorum virtute pauci hostium antecursores, qui jam vadum superaverant, retrò rejecti, & alij, qui trans vadum subitam munitionem excitare
 cape-

coeperant: denso globorum imbre
obruiti, cesierunt: & omninò impe-
tus irrupentis hostis aliquandiu
retardatus est, donec alæ equitum
hostem ultra vadum aggressuræ ad-
volarent. Quas ut Imperator per-
otium in aciem instrueret, pecu-
liarem sibi levis armaturæ turmam
in hostem immisit CHODERIOVIO
CENTURIONE, qui adversam aciem
strenuè adortus ab angustiis traje-
ctus aliquantum submovit, & peri-
culoso vulnere ictus præsentissimo
vitæ discrimine fortiter commisi
prælii gloriam redemit. Mox aliqua
vexilla, atq; in primis hastatæ VIN-
CENTII CORVINI & PAULI NIEWIA-
ROVII, pro Palatino Smolenscensi
equitum Præfecti, turmæ dato ultra
vadum ad explicandos ordines spa-
tio, validissimo impetu in hostium
aciem impressionem fecere; eosq;
sylvam versus aliquantum propu-
lerant; cum ecce Dei nutu, tam diu
frustra expectatus opportunissimo

D

tem-

tempore advolat COMOROVIVS, qui fortè in castra revertens strepitu & clamore pugnantium admonitus, & facile quid rei esset, conjectans laxatis equorum habenis subsidio suis accurrebat. Is à tergo hostis aversas catervas adortus, quantò minus præviam, tantò magis turbulentam, in hostilem aciem trepidationem intulit. Nam illico dextrum hostium cornu, in quo Dux ipse procurabat, improvise terrore consternatum, atque in proximas sylvas, sese recipiens extemporaneo vallo subitam munitionem excitabat. Nempe illud erat nuper apud hostile consilium, in ancipitis pugnae eventum destinatum refugium, cujus capessendi tempus advenisse tunc, subito pavore correptis, visum est. Levum ancipiti malo circumventum, eoque incumbentibus nostris, statim à reliqua acie avulsum, iis, qui resistebant, in medio magna strage concisis, planè disiectum est.

Tunc

Tunc insigni specimine patuit, quanto plus sanguinis dextera, & enses, quam misilia tela hauriant, strato passim cadaveribus campo, exiguo nostrorum damno.

Nam Comorovius ex insignibus duntaxat laesus est, ictu non periculoso, & unus atq; alter Nobilium ex aliis vexillis saucii, tertius ex ipsius Ducis levis armaturæ ala occisus est. Ast hostis in mēsa strage procubuit, reliquis sparsim profugientibus, quibusdam tamen ad uligines paludum, castris adjacentes restitanti- bus, ibiq; aciem restaurare conanti- bus. Sed & hi concursione eque- strium turmarum KURPSII, MELE- SCONIS, GROTH & ipsius Ducis præ- torianæ, quibus mox hastata turma Gossevii M. D. L. Dapiferi (cujus etiam fortiter pugnantis equus tunc confosus) adjuncta est; primū circumventi, mox immisto MAJO- RIS NOLDII peditatu ad internecio- nem cæsi sunt.

Intentus profligandis hostibus Imperator, admonetur ab iis, qui in ulteriore ripa conatus Podobailonis observabant, magnam multitudinem navigiorum milite onustam; ab ejus munitione ad citeriorem ripam tendere. Proinde animadvertens omnem praelii molem cis fluvium transferri, peditatum quoque suum è munitione trans amnem deduci imperat, & relicto in victrici acie suæ potestatis Vicario, ipse ad hostem seram suis, jam in fugam versis, opem ferentem, contendit: assumpto secum GANSKOFFIO VICE-TRIBUNO IMPIGRO JUVENE; quem cum suis in hostem jam ripæ appulsum & subitum vallum molientem immittit, additis ei aliquot peditum cohortibus & equitum turmis. Is cum PAUSIO equitum Vicecenturione conjunctâ operâ rem strenuè gesit.

Nam quamvis primo statim conflictu BOLDIUS, VIBERGIUS, & alii
qui-

Lithvaniæ gestarũ Commentarius. 75

quidam Ordinum Ductores aut Signiferi, unã cum plerisq; gregariis (paucis interfectis) fauciati essent, minimè confusis ordinibus, hostem magna vi è crepidine ripæ proturbarunt. Qui cum se in naves recipiendi copia non esset, rectã in flumen præcipitatus, totum penè alveum natantium capitum multitudi-
ne replevit, quæ per ludibrium sclopetariorum in ripã stantium destinatis ictibus figebantur; ita ut ex numero quater millium quingentorum vix ducenti aut trecenti in adversam ripam evaserint.

Submotis ea felicitate hostilibus auxiliis, dux in aciem revertens cum ex Nobili transfuga, & recentibus captivis comperisset, Carraginem Cosacorum, cum peditatu & machinis ac impedimentis adventare, nec longè abesse, metuens nè se se cum reliqua manu hostium conjungeret, celeritate præveniendos hostes putavit.

D 3

dem

dem illum, quem in acie modò suæ
potestatis Vicarium reliquerat Præ-
fectum Excubiarum M. D. L. cum
idoneo equitum ac peditum nume-
ro, adversus eos mittit, adjunctâ ipsi
sua leviorum equitum alâ, & REIN-
HOLDI TISENHAUSII peditatu, simul-
que VECHMANNI ROPPII & NOLDII
Dragonibus subsequi iussis

Qui hostem jam trepidum in vi-
cinia propinqua nacti, curruumque
seriem nectentem & vallum moli-
entem adorti, non magno negotio
dissiparunt, omniq; peditatu delecto
machinas quatuor cum reliquo ap-
paratu abduxerunt, curribus & im-
pedimentis, cum omni annonæ co-
pia direptis.

Dum nostri sinistram cornu ex-
pugnant, auxiliaq; & impedimenta
hostilia invadunt, Criczevius absol-
vendæ in sylvis munitioni satis otii
habuerat. Quâ demum perfectâ for-
sitan (sed serò) rationes servandæ
Carraginis cum impedimentis ini-
curus,

Lit
turu
gre
nos
hos
gari
nov
bus
hos
tes
ma
ped
evo
HAU
rius
rat
una
ner
pri
ref
etia
qu
ent
eff
pa
dil

Lithuania gestarū Commentarius. 77

turus, modico intervallo à sylvis digressus iterum instructâ acie contra nos comparuit. Lætus conspecto hoste Imperator, peditatum Hungaricum sinistro latere, dextro Donovajum Tribunum cum dragonibus utrinque oram sylvæ legentes, hosti immittit. Medio spatio equites hastatos, suamque in primis turmam signa inferre jubet. Jamq; & peditatus è munitione trans amnem evocatus, cum JOHANNES OTTENHAUSIO VICETRIBUNO & aliis cohortium præfectis, opportunè advenerat: machinis aliquot campestribus unâ adductis. Non tulit impressionem nostrorum hostis, sed in sylvas primùm malè servatis ordinibus refugiens terga dedit. Mox ubi illic etiam instare pulsos victores, nec usquam inter dumeta & vepres fugientibus tutum receptum sensit in effusam fugam conversus est. Major pars, quò singulos terror abstulit, dilapsa. Reliqui in propinquam mu-

nitioem sese recepere. Pro cuius vallo, situs loci fiducia, ac desperatione, satis diu ac strenue resistere, oppugnante Ottenhausio & reliquis peditum praefectis, nonnullis etiam ex ipsa Ducis ala voluntariis equitibus CHRISTOPHORO COTOVIO Duce, fortiter oppugnationem adiuvantibus.

Sed loci munitio sine multo sanguine expugnari non potuit, jamque die in vesperam flexo, plerique cohortium ductores PRZIBKOVIVS, ROPPIVS, VECHMANNVS & JUSZKIEVICIVS peditatus Hungarici Praefectus, multique alii e nobilioribus equitibus faucii pugnam aegre sustentabant. COTOVIUS quoque in ipso valli hostilis fastigio, lethali vulnere ictus occubuerat, cum Dux receptui cani iussit, satis eo die laboris exhaustum, satisque victoriae partum existimans: & aequum esse dictitans, materiem exercendae virtuti in crastinum relinqui. Quam tamen spem hostis
di.

digressu nostrorum, statim fefellit,
initio noctis per sylvas sparsim dila-
psus, plenā eodem die victoriā Duci
relictā. Quam sanē non simplicem
neq; ignobilem tunc Duci RADIVI-
LTO propitius Deus concessit. Ete-
nim quinque diversis locis, in Cam-
po, pro Castris, deinde ad vicinas
paludum uligines; mox in ipsa flu-
minis ripa, postea in propinquā ca-
ptæ carraginis viciniā: denique ad
sylvam munitioni vicinam, in quā
pulsī hostis reliquiæ confugerant,
Deus ipse Imperiā Ducis (tanta ho-
stiliū viriū mole distracti) mul-
tiplici ac prospero ubique successu,
prosecutus est, non sine magnā ubi-
que hostiū strage. Quorum cada-
vera rot in acie reperta sunt, ut eo-
rum numerus vincentiū capita
triplo excesserit. Nam præter sub-
mersos, & qui sparsim per sylvas ce-
cidere, aut quos per æstū intolerā-
bilis foetor tangi non sinebat, ad se-
ptem millia sub novemdecim tu-

D s

mulis

mulis sepulta sunt cadavera. Præterea summus Dux hostium Criczevius, dilectum & vix secundū Chmielnicio caput, saucius & captus, & quatrduo duntaxat superstes, tam prosperi prælii gloriam fato suo nobilitavit; ita ut ad plurima de coësis aut captis in hac expeditione hostium Ducibus, erecta trophæa, hic veluti supremus apex & cumulus accederet. Adhæc castra, & impedimenta direpta machinæ cum apparatu omni abductæ; capti è Nobilioribus & ordinum Ductoribus ad centum quinquaginta. Quorum ii, qui ex fuga postridie retracti sunt, unanimi consensu confirmarunt, sparsim dissipatos, fugientes à prælio nusquam in unum colligi potuisse. Asferebant etiam in castra impetum à Criczevio factum, non tam per contemptum paucitatis; quàm quod hanc aleam fortunæ jacere, in tot sylvarum vicinia tutum sibi fore, nec unquam nostros in hoste urgendo

Lit
ger
nes
Pra
qu
res
vin
per
per
vin
qu
ins
pu
stib
tes
Ad
ea
for
qu
fu
no
qu
E
fid
m
be

Litvaniae gestarū Commentarius. 81
gendo sylvas scrutari, aut munitiones oppugnare ausuros putavissent. Prælii hujus narratione defunctus, id quæcquæ non omiserim, quod ad Divinæ ceteras humanas regentis, providentiæ, vim manifestis vestigiis adorandam pertinet. Quatriduo ante prælium Imperator, cum in excursionem Comorovium, è castris dimitteret, duntaxat in quatriduum tesseres militaribus eum instruendum putavit, ut in casu præcipue nocturni tumultus, ad suos ab hostibus dignoscendis, Comorovianorum tessera cum Castrensibus congruerent. Ad vesperam igitur ejus diei, quò post ea prælium commissum est, non tam fortasse ex propriæ mentis præsagio, quam instinctu, & numine ejus, qui futuri eventus fortunam destinaverat, non aliam vocem tessera assignavit, quam DEO SIT GLORIA. Fecit & exolvit eventus felicissimi augurii fidem; cum adveniente tam fausti ominis luce; tanta in nos divinæ gratiæ beneficentia effusa est, ut sub exitum
ejus

“ *ejus non modo signum militare pro-*
 “ *nunciantium tubicinum, sed etiam*
 “ *gratantium sibi post victoriam, com-*
 “ *militorum voces; nihil aliud, resonare*
 “ *possent, quàm istud letissimi animi*
 “ *Symbolum: DEO SIT GLORIA!*

Parta victoria Imperator æquâ
 lance pensitatis suis & hostium vi-
 ribus: ac de statu belli in Polonia ex
 captivorum indiciis ac literis inter-
 ceptis, non paulò instructior: præ-
 terea reputans tot dimicationibus:
 tot ærumnis ac difficultatibus, quas
 antea memoravimus, exercitus sui
 sine stipendio militantis vires defes-
 sas atq; exhaustas: insuper pyrii pul-
 veris & globorum inopia laborare
 (cujus rei periculum in ultima Cric-
 zevianæmunitionis oppugnatione,
 non innoxio experimento factum
 fuerat) committendum sibi non
 putavit, ut tantam victoriam casi-
 bus objiceret, quibus aut eripi, aut
 corrumpi posset. Quapropter ante-
 quam ulterius fortunam prosequere-
 retur;

Lich
 retu
 plen
 nec
 Sed
 rere
 ter
 ver
 cen
 ERS
 cere
 mag
 ryst
 Cri
 dis
 exc
 me
 & K
 de
 tar
 hæc
 nisi
 Pro
 Im
 plo
 duc

Lithvanie gestarū Commentarius 83

retur; adventantia novi militis supplementa, unā cum rebus ad bellum necessariis, expectanda sibi putavit. Sed neq; in eodem loco diutius hærere, præter annonæ angustiam, teter per æstatem ex insepultis cadaveribus fætor permittebat: & ad recens coortos, à tergo apud CIECIERSEUM & KRIZOVUM motus respicere ratio belli postulabat. Etenim magna multitudo populi supra Borysthenem, & ad famam adventus Criczeyii, non dubia de opprimendis nobis spe concepta, sedibus suis excita, eodem ferè temporis momento, velut ex compacto Cieciersci & Krizovi municipiorum, quæ in fide manebant, oppugnationem tentare ausa est. Nec parvum exoriens hæc flamma minabatur incendium, nisi in ipsis initiis extingueretur. Proinde coacto militari consilio Imperator sententiis omnium exploratis, exercitum ad Rezizam reducit, in locum non modò coortis

seditionibus viciniorem, sed & propulsandis, si quæ à Pripetio flumine imminerent Lithvaniæ, periculis, opportuniorem: atque ubi & com-
meatus facilior, & aditus adventan-
tibus supplementis, ab hostium in-
terceptione tutior aperiebatur.

Illic ut fesso exercitui aliquam
ab excubiæ laboribus requiem
daret; castra validis munitionibus
firmat; remq; in illis oris inauditam
aggessus, pontem Borystheni im-
ponit. Mox ad Ciecierscum misso
M. D. L. Dapifero Goslevio, adju-
vante egregia municipum fide; dis-
sipatis seditionum catervis oras
illas omni periculo liberat. Ipse ali-
quantam plumbi ac pulveris sul-
phurei copiam Mohilovo & Smo-
lensco advectam, nactus cum in eo
esset, ut ulteriorem in hostem expe-
ditionem susciperet: Nobilitatem
& incolas vicinæ regionis de disces-
su suo admonet, atq; ut arma capi-
ant, in subitis casibus, fines suos de-
fen-

Lick
fens
à P
ner
fion
mar
DIE
hos
hos
cen
erci
inse
mil
bus
ELI
por
cier
par
nos
dus
eâq
quâ
isse
pat
me
nur

Lithvanie gestarū Commentarius. 85

fensuri, hortatur. Sed non ignarus à Pripetio certam Lithvaniaē immi-
nere tempestatem, in omnes occa-
siones excubans, illuc cum firma
manu FRONCKIEVICIO NOVO GRO-
DIENSI VEXILLIFERO ad carpendum
hostem misso, unius in conspectu
hostium capti indicio, cognoscit re-
centem ac validum Cosacorum ex-
ercitum ulteriorem Pripetii ripam
infedissee. Septuaginta armatorum
millia advenisse dicebantur; pluri-
bus sub Ducibus: quorum primus
ELIAS BOHAZENCO veteranus Za-
porovianæ militiæ Tribunus, traji-
ciendo flumini imminebat, non
parvo, ut eventus docuit exercitus
nostri discrimine, nisi futuri provi-
dus Imperator, temperare victoriæ;
eâq; potius ad emolumentum uti,
quàm ad ostentationem frui malu-
isset; ejusmodi locis, maturè occu-
patis ac munitis, in quibus detri-
mentum ab hoste, tanto copiarum
numero subnixo, timeri non pote-
rat.

rat. Verum cum non satis constaret, quonam hostis consilia tenderent, dimissis in omnes partes, qui captivorum prædam verarentur, (neque enim aliunde indicia de hostibus conquiri poterant) unius ex iis occursum Muzilovius, non ignobilis Cosacorum Tribunus adducit, missus à Chmielnicio cum literis S. R. Majest. ad Imperatorem, pacem jam factam nunciantibus & omni hostilitate interdicentibus. Dux paulò ante captivorum monitu in spem intercipiendæ Homeliæ veniens; eò strenuum equitum Ductorem Smolscium miserat, attributa ipsi aliquantâ Dragonum ac velitum manu. Sed Muzilovii interventu, hominem celeriter de pace facta certiores reddit, utq; ab hostilitate abstineat, monet. Quod uti percerebuit, oppidani spontè deditioem fecere. Cosacis ultrò abeuntibus, & ubiq; ad tribules suos de sopito bello nuncios dimittentibus.

Ita

Litvaniæ gestarũ Commentarius. 87

Ita post miserabilem cruenti belli procellam, spe exortæ pacis postliminio reducendæ affulgente, atq; omni vicinâ ora pacatâ Imperator lætum & ovantem exercitum in
stativa reduxit.



COM

COMMENTARIII
 RERUM
 IN MAGNO DVCATV
 LITHVANIÆ PER TEMPUS
 REBELLIONIS RUSSICÆ
 GESTARUM

LIBER II.

ABello tam difficili, non
 alia conditione respirasse
 vixi sumus, nisi ut acrius
 utrinq; in arma confurge-
 retur. Non enim ultra illud breve
 spacium, quod inter æstatem anni
 1649. & hyemis exitum interces-
 sit, quæ annum supra mille sexcen-
 tos quinquagesimum consecuta est,
 pacis hujus fructu gavisa est Respub.
 Redintegrandi belli causa non una
 fuit. Nam præter prognatam è tot
 successibus ac vicinorum stimulis
 auctam, Chmielnicii insolentiam,
 gra-

Lithvaniae gestarū Commentarius. 89
 graves utrinque diffidentiae causae
 non deerant, ob extortas ad Zboro-
 vum minū æquas condiciones pa-
 cis: quas, neq; ille à nostris diu ser-
 vatum iri, credere poterat; & ipse
 non uno modo violaverat, toto isto
 temporis spatio, cum Principum
 externorum Legatis, de armis con-
 tra Rempubl. capiendis negociatus.
 Accessit ejusdem Chmielnicii vasta
 spes, de firmando in domo sua po-
 tentiae statu, per affinitatem cum
 Præpotenti in vicinia Principe con-
 trahendam. *Is fuit BASILIUS MOL-⁶⁶*
DAVIÆ (quam vulgò Valachiam⁶⁶
vocant) DESPOTA; cui domi erat fi-⁶⁶
lia nubilis, opulentissima dotis illece-⁶⁶
brâ procorum omnium ambitum in-⁶⁶
vitans. Hunc anno 1650. cum Tarta-⁶⁶
ris conspiratione factâ, improvise ad-⁶⁶
ortus, penè oppreserat, nisi ingenti pe-⁶⁶
cuniâ, & promisso puella, filio ejus col-⁶⁶
locandæ, matrimonio, salutem ac pa-⁶⁶
cem redemisset. Facinus id pessimi ex-⁶⁶
empli visum; præcipuè Regi Johanni⁶⁶
Ca

LI
 V
 IS
 n
 se
 us
 ge
 e
 ni
 es
 n
 st,
 b.
 na
 ot
 is
 n,
 a-



60 Rerum in magno Ducatu

“ CASIMIRO. Cujus fidē atq; opem Mol-
“ davus implorans, injuriæ hujus sen-
“ sum ad se, metum atq; odium, ad vi-
“ cinos omnes, sed præcipuè Regem atq;
“ Rempubl. pertinere ostendit.
“ Si Chmielnicio nulla injuriâ provo-
“ cato, impune liceat, in scio Rege, incon-
“ sulta Republ. pacem Otomanicam la-
“ cessere; quid ipsum prohibeat, quo mi-
“ nus & in aliis contumax, fidem Prin-
“ cipi suo Sacramento datam, fallere
“ ausit? Eas gentium, sanctitatem fede-
“ rum, ignota Barbaris scelera impuni-
“ tate tanquam auspicato successu gli-
“ scere. Tutiori experimento in sua ca-
“ lamitate tentatum, quantum in im-
“ paratos, nec opinantes posset subito
“ corripendorum armorum ausus. Per-
“ inde improvise impetu Rempublicam
“ opprimi posse; quam ipse oppressus sit;
“ nec validius fore Regi in sua Majesta-
“ te; quàm sibi fuerit in Otomanici Im-
“ ce perii umbrâ, præsidium. Vera dici vi-
“ debantur. Eò altiùs animo hæserē.
“ Sed & Ordinibus Regni peculiare
“ offen-

Lithuania gestarū Commentarius. 91
offensionum causæ non defuere.
Sacer ordo in Russicis provinciis se-
se ac religionem in ordinem cogi:
Nobilitas, in primis bonis suis pro-
voluta, cum non satis bona fide
postliminio restitueretur, insuper
patratam recens tot innocentium
cædem, indignabatur, quodq; for-
tuito accidisse videri potuit, con-
sulto factū judicabat. Nam Chmiel-
nicus dum in Moldavum clancu-
lum arma parat, quò magis falleret,
expeditionis in nos apparatus ob-
tendebat. Id plebi juxta ac Nobili-
tati, in ditionibus armis ejus obno-
xiis, degenti creditum: hos in me-
tum atque fugam conjecit, illos ad
cædem & spolia fugientium anima-
vit. Periëre illo tumultu pleriq;, qui
sancitæ nuper pacis fiducia, in oras
Cosacorum præsidiis infestas con-
cesserant. Ita utrinq; animis ad ar-
ma spectantibus, neutra tamen par-
tium bellum inchoasse videri vo-
luit, nisi quod, non fortunâ magis,
quàm

quàm potu ebrium, Chmielnicii
pectus, occultum animi virus malè
premeret, quò minus in atroces mi-
nas effunderetur. In Comitibus ta-
men, quæ anno 1651. anxia nimis
arcanorum consiliorum circumspe-
ctione celebrata sunt, provisus affa-
tim belli sumptibus palam decreta
Tractatio pacis, delegatis ad eam
rem, viris primariæ dignitatis. Sed
aut alterutra partium, aut utraqve,
spem pacis aspernante, minimè ten-
tata pacificationis ratione, nè expe-
ctato quidem brumæ exitu ad arma
procursum est.

Primus è præcipuis Cosacorum
Tribunis Brazlaviensis oræ Præfe-
ctus NEZAIUS, belli initium sive jam
ausus, seu tantum meditatus, ante
exitum Februarii, improvise Cali-
novii Campiducis Regni superven-
tu oppressus est. Itum inde MO-
RACHVAM; mox SAROGRODUM, de-
inde ZERNEIOVROS: quæ oppida o-
mnia, ad primum exercitus nostri
con-

Lithuania gestarū Commentarius. 93

conspectum, deditioem fecere
SCIANA municipium situ loci ac præ-
sidio firmiter cursum victoriæ ali-
quantum remorari posse videbatur.

Sed parte oppidi impetu captâ re-
liqui postridie ad deditioem com-
pulsî sunt. Hinc ad JAMPOLIIN oc-
cupandam, parte exercitus dimissâ,
nocte concubia succedentes oppido
nostri, cæsis excubitoribus improvi-
so assultu oppidum intercipiunt,
tanquam in acerrimos rebellionis
incentores, cæde atq; incendio gras-
sati. Mox à ripa TYRÆ fluminis &
confinio Valachiæ redire visum in-
penitiora regionis, atq; ad VINNI-
ZAM oppidum belli moles conversa
est. Illic primùm non infelicium
hucusqve impetus hæsit; præmisso
cum parte copiarum ad tentandam
Vinnizensem arcem, ejus oræ Pala-
tino Lanzkoronio, qui cum præsi-
diarios è munitionibus in subjectam
glaciem effusos cerneret, structa-
rum, in comminuta pluribus locis
glacie

glacie insidiarum ignarus incautius
 in hostem cum equitatu invec-
 tus est: ubi duos è præcipuis ductoribus
 Equitum METESCONEM & KISELI-
 UM Circassiensem Capitaneum in-
 signi detrimento accepto amisit.
 Sed præsidarii, munitioni diffisi,
 arce desertâ, oppido succedunt. Cu-
 jus ipsius defensionem impares se rati,
 nocte proxima relicto oppido in vi-
 cinum Monasterium situ loci fir-
 mius commigrant, & BOHUNO Du-
 ce strenuam defensionem ordiun-
 tur. Plerisq; oppugnantium faucis,
 quibusdam etiam cadentibus, plu-
 res in dies protracta obsidio, donec
 sub exitum Martii solvendæ obsidi-
 oni, valida hostium auxilia ad-
 ventarent. Quorum accessu, relicta
 oppugnatione nostri, VINNICENSI
 arce atq; oppido egressi, BARUM
 versus se recipiebant. Sed is receptus
 detrimento non caruit, compluri-
 bus agris atq; faucis ob festinatio-
 nem relictis, curruum quoq; & ca-
 lonum

Lit
 lon
 ab
 pen
 cop
 pro
 civ
 hos
 me
 per
 tem
 ribu
 pto
 supp
 fact
 con
 hos
 fuer
 rum
 turè
 mag
 gni
 rum
 Nec
 rant
 quir

lonum aliquot centenīs interceptis,
ab hoste terga descendentiū car-
pente. Mox nē ad BARUM quidem
copiis nostris tuta stativa visa sunt,
promoto exercitu usq; in CAMENE-
CIVICINIAM; cum numerus ac vires
hostium, ineunte vere, subitis incre-
mentis coalescerent; attritis jam
per exhaustos, iniquissimā anni
tempestate, labores, nostrorum vi-
ribus; & equorum usu propē adēm-
pto; nec satis maturē, novi delectus
supplementis, succurrentibus. Quo
factum, ut in ipso quoq; Cameneci
conspectu, exercitus noster, accursu
hostium propemodum oppressus
fuerit, nisi partim Regiarum litera-
rum monitu, partim explorato ma-
turē periculo, castris properē motis,
magnis itineribus ad interiora Re-
gni in occursum validiorum copia-
rum, SOCALIAM versūs, festinasset.
Nec tamen enixa nostrorum prope-
rantium diligentia vitare potuit;
quin cum promptissimis hostium,

E qui

qui tergo recedentium pervicacius inhærebant, confligerent. Sed nacti locum furto belli idoneum, gradum sistunt; hostemque successu incautum ac præfidentem, atque ad prædam veriùs, quàm pugnam præcipiti impetu ruentem, simulatione fugæ; intra positas utrinque insidias illectum & admisum; undique coorti adoriuntur: atque improvise casu consternatum proturbant, & magnâ strage concidunt. Captus in ea pugna fuit præter Conioviensem è Colacis Præfectum è Tartarorum Ductoribus NEZAI MURZA, qui paulò post Regi Evocatus Nobilitatis copias cum stipendiario milite ad Socaliam colligenti, à victore Calinovio adductus est.

Ratione commissi iterùm belli compendio expositâ; cujus initia intra ipsius Regni limitem cœpta, simul & ulteriorem progressum, Scriptoribus rerum Polonicarum fuliùs exequenda relinquimus, ad

res

res Lithvanicas, quod præcipuè nostri instituti est regrediamur.

In proximis ineuntis anni Comitibus, recrudescentis iterùm belli provisu, delectus copiarum Magni Ducatus Lithvaniæ, ad quindecim millium numerum, publico decreto aucti fuerunt. Quarum tamen modus, ob angustias temporis, intra tredecim millium & septingentorum numerum, stetit. Sed ex iis, qui ad manum atq; usui esse poterant, (nam cæterorum delectus & auctoratio in longum protrahebatur.) non nisi quater mille veterani censebantur; quibus & ipsis, multorum mensium stipendia debita, Comitiorum decreto, die nona Maji in Minscensi municipio solvi debebant. Atque hic obex obstitit, quo minùs miles, precario in obsequio retentus, & promissæ pecuniæ expectatione suspensus, ad nutum atq; imperia Ducum flecti facilis & dicto inaudiens esset. Urgentibus enim plerisq; ut cum ea manu, exe-

unte brumâ in hosticum ultrâ Borysthenem irrumperetur, à loco & tempore destinati stipendii, sese procul abstrahi miles non sinebat. Neque consultum videbatur, tantillam manum, quâ tamen robur copiarum nostrarum censeretur, presentissimo discrimini objici, nullâ spe propinqui auxilii, ex feris nimium novæ militiæ supplementis affulgente: nec dubio eorum exitio, quicumque fortè resoluta ineunte vere glacie: trans tot insesla ab hoste flumina, procul ab omni subsidio deprehensi fuissent. Sed & præmaturâ nostrorum in BRAZLAVIENSEM oram irruptio, præcocis, ideoque minùs prosperi successus exemplo, damnabant nimix festinationis consilia. His difficultatibus conflictatus Dux RADIVILIUS, copias, quibus ultrâ limitem eductis, ad oppugnandum hostem, uti non potuit; ad ejus vim intra M. D. Lithvanix fines propulsandam tantisper

CON-

Lith
con
mil
zius
hos
ince
maj
iscr
Bor
alia
pidi
um
de
siun
tiæ
fis
van
se m
se p
arec
sis o
Nur
in lo
& p
I
mil

convertit, dum exolutis stipendiis, miles Ducis Imperiis magis obnoxius esse inciperet. Et quò diutius hostem de irruptionis suæ consilio incertum ac suspensum teneret; majorem copiarum partem BOBRUSKÆ aliquantisper subsistere jussit, Borystheni imminentem; partem aliam Priperio amni admovit; oppidis ab utraq; ripâ; hinc eis fluvium GHONICZA per CRUPSCIUM; inde rrans amnem BABIZA per PAUSIUM, ambos demandatæ sibi militiæ præfectos; occupatis atq; insessis; Uterq; fluvius limiti, M. D. Lithuania proximus, curam Ducis in se meritò adverterat. Sed BABIZENSE præsidium, hostiles impressiones arcere non contentum, in Kioviensis oræ penetralia excucurrit, captis NURINSCO & OVRUCIA oppidis; & in locorum illorum vicinia prædis & populationibus grasatum.

Interea Majo ineunte, placando militi & exolvendis in Oppido

Minscensi stipendiis, præfixa dies advenit. Lentum illic ac difficile negotium Ducem jam pridem in hosticum erumpere gestientem, detinuit, pecuniâ maturè non repræsentatâ; quæ dum ab Exactoribus publicis, in privatos quæstus intentis, exercetur; aut neglectim exigitur; æquo tardius advecta, bellicæ expeditionis conatus, propè ad adultum Junium, remorata est. Ac ne sicquidem militi plenè satisfactum. Sed cum Imperator patrimonium suum pignori offerret; ægrè hortatu Ducis placatus, quod supererat solutionis, ad paucos menses differri passus est. Neq; verò Duci RADIVILIO; alioqui per molestum, stipendia expectantis, exercitus otium, malè cesit, aut collocatum est: qui interea futuri providus, circa com meatum & navalem in Borysthene apparatus, atq; id genus belli meditationes, in locis à Cosacorum conspectu remotioribus; utilissimâ curâ

cura distringebatur; quæ ipsi in rebus mox gerendis maximo fuit usui.

Eodem tempore difficilî, & quæ aliquamdiu suspensa ejus consilia tenuit, deliberationi expediendæ, benignum habuit spatium. Etenim mediocrem copiarum suarum numerum reputanti, quæ absq; discrimine dividi non poterant, atq; animo volventi quam potissimum parte in hosticum irrumperet, duplex via occurrebat. Altera per Borysthenem juxta Rezizam, aut Lojovum oppidum, altera per Mozyrensem provinciam; versus amnem Pripetium; cujus utraq; ripa Choiniciis & Babizæ collatis præsiidiis nostris tenebatur: atq; ipsa transmittendi facilitate ad se invitabat. Contra in Rezizensi districtu, magnitudo fluminis hostilibus præsiidiis infessi & in adversa ripa munitiones hostium opportuno loco objectæ, & in propinqua vicinia; ex-

cubante valido exercitu Duce Neba-
 ba subnixæ; periculoso accessu abs-
 terrebant; cum à Pripetio excursio-
 nibus nostrorum longè latèq; sub-
 motus hostis, tutum iter trajicienti-
 bus panderet. Verum enim verò
 converso ad dextram per Mozyren-
 sem oram exercitus nostri itinere,
 sinister ac Borystheni conterminus
 M. D. Lithvaniæ limes & florentis-
 simum Albæ Rusiæ latus, vacua o-
 mni præsidio, destituebantur. Quæ
 tamen Lithvaniæ pars, eò magis pe-
 riclitari visa est, quò latius trans Bo-
 rysthenem; propter adversi fluminis
 ripam gliscentis seditionis contagiũ
 ferpebat, Cosacis illic sensim ad su-
 periores amnis oram ditionem su-
 am protendentibus, obsessa jam
 Homeliã & seditiosis in Smolenscẽ
 provinciam vel per Moschorum fi-
 nes Roslaviam usq; progressis. De-
 niqve relicto Borysthenis classis &
 commeatus cum bellico apparatu
 præsentissimo discrimini ac prædæ
 ho-

hostium prostituebantur. His mature ac per otium perpensis Imperator, ubi primū placatus stipendio miles, ad absolutius obsequium redactus est, posita omni mora Rezi- zam versus ac Borysthenem progredi: & quicquid in oppugnandis adversæ ripæ munitionibus periculi ac difficultatis suberat, fortiter exhaurire maluit, quàm declinando ingruentia augere discrimina. Periculum inprimis obsessæ atque oppugnatae Homeliæ depulsurus, mittit eò propere FRONCKIEVICIUM Capitaneum Mozyrensem, cum mille quingentorum militum auxilio, quanquam munitioni isti de præsidio ac necessariis à se optimè prospectum esse meminisset. Proinde virtute prædiariorum aliquoties cum strage rejectus à mœnibus hostis; tædio inauspicati successus; nec minus adventantis auxilii formidine; quàm acceptæ cladis sensu, solvit obsidionem.

E s

Sub

Sub id tempus tres è primiceriis
 hostium, à Chmielnicio missi le-
 gati in castra advenère, nullis man-
 datis instructi; nec aliud afferentes
 præter literas ad Imperatorem, qua-
 rum capita hæc fuère. *Inter Majorem*
Ducis & exercitum Zaporovianum,
antiquitus mutua intercessisse bene-
volentie officia. Nec sibi unquam cura
M. D. Lithvanie litem ullam, aut ini-
micitiarum causas fuisse. Injuriis Po-
lonorum adactos ad libertatis vindi-
cias, cæteris omnibus amicitiam offer-
re, & si per Lithvanos pace frui liceat,
se se exercitum ex finibus illorum dedu-
cturos. Ad ea responsum. Polonam
ac Lithvanam gentes, ex quo in unius
Reipublice indivulsum corpus coaluê-
re, in communi hoste, communibus
viribus debellando, à vinculis & moro
majorum nequaquam degenerasse,
nec discessuros unquam, quoties non
deessent, qui alterutram gentem bello
laceserent.

Quando Cosaci à Lithvanis nulla
se se

Lithvanie gestarū Commentarius. 105
se se injuriā provocatos fateantur: quid
ita tot nobilium cedes patrata, tot in
Lithvania damna, & calamitates à
Cosacis illatae sunt? Non ejusdem esse
hominis, ore ac literis pacem & ami-
citiā Lithvanis offerre: & manu at-
que armis oppugnare Homeliam: in-
cursare Rostaviam, belli ac seditionis
favillas jaculari in viscera Lithvanie.
Sero post atroces injurias blandum
amicitiæ nomen jactari. Bellum in
singulis Reipubl. provinciis, sibi non
posse; nisi contra totam Rempubl. &
Principis Majestatem hostilitate depo-
sita.

Et quia primores hostium viros
nostrarum potiùs rerum exploran-
darum; quam suarum literarum
tradendarum causâ, misfos fuisse
suspicio fuit, aliquantisper homines
detineri placuit, dum paulò plus
militum in castra conflueret; & ad
exequendum hominis occultum,
munitionis hostium in adversa op-
pidi Lojoviae ripâ, intercipiundæ

cōsiliū, necessaria præpararentur. Atq; opportunè inter Legatos aderat STEPHANUS PODOBAELO, munitionis hujus architectus atq; Gubernator.

Postquam igitur bellum trans Borysthenem mitti placuit, nè citior M. D. Lithvaniæ limes, Pripetio anni objectus, à quo longiùs recedebatur; in omnes bellicosus parùm instructus idoneo præsidio esset; quoniam in armis voluntariæ Nobilitatis nihil spei suberat, DAPIFERO M. D. LITHVANIÆ VINCENTIO CORVINO dat negotium Imperator ut cum adjunctis sibi, ad præsidia Pripetio anni proxima, sufficientibus copiis, defendendæ ejus oræ provinciam suscipiat; permissa ei pleniori Regiminis potestate: hortatus, ut non modo hostium ab eâ parte, incursiones, à finibus M. Ducatus propulsaret; sed etiam frequentibus per Polesiam impressio- nibus, terrorem latè per hostium
 spar-

spargeret. Qui demando sibi officio, quàm dextrè defunctus fuerit, in tempore memorabitur.

Paulò ante dimissos è castris, hostium legatos, Smolecensis provinciae incolæ, irruptione Cosacorum consternati, qui per fines Moschorum propter oppidum RILSCUM, si-ve impetrato, si-ve extorto transitu, Roslaviam versùs penetrarant, flagrantissimis precibus Imperatoris opem implorabant. Opportunè occasio hæc, occultando meditati facinoris consilio, offerri videbatur. Et avidius arrepta est. Nec mora, Dux RADIVILIUS Smolensenses quamprimùm venturi auxilii fiduciã replet. Simul bis mille quingentorum manum MIRSCIO Excubiarum præfecto tradit, dato palàm negotio, ut Smolenscum versus duceret. Cujus rei notitia in castris divulgata, Cosacorum legatos indulgentius habitos, latere non potuit. Atque ipsis adhuc præsentibus MIRSCIUS è
ca-

castris digressus, paucis passuum
 millibus confectis Borysthenem
 trajicit. Sed occulta mandata acce-
 perat, ut palam destinatum iter, non
 ultrà Homeliam profecutus: illic
 superato flumine Sosia, ad dextram
 deflecteret, & longo circuitu facto,
 ad PROPUGNACULUM POBODAILONIS
 in ostio fluminis Sosie ad Borysthe-
 nem situm, maximis itineribus con-
 tenderet. Erat hic præcipuus obex
 consiliorum Ducis, qui non modò
 trajectum copiarum per Borysthe-
 nem morabatur; sed ingressum in
 hosticum, amnem etiam transgres-
 sis, arcebat: non Borysthenis tan-
 tum, sed Sosie quoq; fluminis ripâ,
 aduersus nostrorum assultus, præter
 situm loci, manu atq; opere permu-
 nitâ, ac firmissimo præsidio instru-
 ctâ. Quamobrem ante omnia occu-
 pari propugnaculum istud, ad sum-
 mam rei multum intererat. Cujus
 expugnandi maxima difficultas,
 absq; consilio, & astu belli, superari
 non

non potuit. Proinde inter Mirscium & Imperatorem, ita convenerat, ut ambo die 6. Julii lucescente die, statim & condictā horā, utrinq; propugnaculum hoc adorirentur. Mirscius ab eā parte, unde agresio sperari non poterat; Dux autem RADIVILIUS cum paratis, peditatuq; ac tormentis instructis navigiis, ac reliquo à citeriori ripā, exercitu, munitionibus istis, succedere, condixerat. Re ita instructā, tertia Julii domum legati cum Podobailone dimissi: ac in tutum deducti sunt.

Rarò tam prosperos successus, clam destinati astus bellorum sortiuntur, ut nihil interveniat, quod corrumpere consilii exitum possit. Sed huic facinori, tam optatum Deus indulsit eventum; ut ne anticipato quidem, signi, à Duce dati, momento, præfixo scopo excideret. Nam Dux Radivilius, cum in ipso præstituti temporis articulo, summo silentio in adversam propugnaculo

uto Rerum in magno Ducatu
culo ripam pervenisset, pro ut con-
venerat, ter explosi tormenti strepi-
tu, signum dat aggrediendæ rei. Sed
Mirscius paucis adhuc passuum
millibus à propugnaculo aberat,
longiùs quàm sperabat à diluculo
deprehensus, & audito demum re-
boantis machinæ sono, gradum ac-
celerare cœpit. Hostis insidiarum
ignarus, ubi nihil propinqui discrimi-
nis, nec plusquàm nostros in ad-
versa ripa, machinarum minis de-
tonuisse advertit, nihil ultra suspi-
catus, & à tergo securus, nostris ina-
nissimæ spei conatum objectare, &
contumeliosius illudere cœpit. Sus-
pêso ad ea DUCE RADIVILIO, & quod
ita, nihil à Mirscio responderetur,
ambigente, & quod res erat conje-
ctante; eoq; ante tempus trajectum
ordiri non auso, subito exortus in
adversa ripâ clamor infremuit, &
nostros ad festinationem transmit-
tendi compulit. Nam Mirscius re-
tardati adventus moram alacritate
&

Lith
& ag
ratu
sup
gen
in a
subi
tos
scri
flect
quæ
nes
fidu
tion
host
bus
pere
P
patu
rùm
rita
tegr
vex
nun
exer
mis

Lithuania gestarū Commentarius. III

& aggrediendi audaciâ sarcendum
ratus, nec opinantibus improvisus
supervenit. Cumq; hinc parata in-
genti numero navigia, magno nisu
in adversam ripam agerentur; illinc
subitus hostis trepidos & impar-
tos urgeret, Podobailo ancipiti di-
scrimine circumventus, in latus de-
flectens, in proximis sylvis effugium
quæsit. Nec erat difficilè homi-
nes, objectu fluminū & munitionis
fiduciâ, securos, inopinatâ trepida-
tione percelli, præcipuè cum Dux
hostium, recenti è Castris nostrati-
bus adventu, nihil à nobis magno-
pere metuendum retulisset.

Profligato hoste, nostris utrinq;
patuit occupanda munitio: Cæte-
rùm Dux in unam trajiciendi cele-
ritatem intentus, vix dum præter in-
tegrum peditatum; tria equitum
vexilla traduxerat; cum à trepidis
nunciis accipit, numerosum hostiū
exercitum, Duce Niebabâ, è proxi-
mis in aliquot milliarium viciniâ,

Ca-

castris, citato gradu accurrere; ut partam nobis prædam atque victoriam eriperet. Is partim, dato à nobis, quod memoravimus, adventus signo; partim nunciis Podobailonis, ad primum Mirscii adventum opem implorantis, excitatus; ocyus advo-
labat; ut interceptis, qui trajecerant; reliquos è nostris fluminis trajectu arceret. Proinde fronte agminis, directo impetu, ad flumen conversa, è proximis sylvis effunditur; quum præter spem, instructam nostrorum pro munimentis aciem, à dextro latere, offendit. Quæ vix dum evolutos è sylvis, hostium ordines, explicari, atq; in se dirigi non passa: in latus hostium eo impetu ac celeritate incubuit; ut transversos hostium ordines, proturbatis obviis, citò fugâ & consternatione involveret. Cædes inde & strages hostiū, consecuta, & interjectæ passim paludes cadaveribus cumulatae; promptissimis primùm, deinde & reliquis
ca-

cadentibus, quoscunq; pavor intra
sylvarum latebras maturè non ab-
ripuerat. Inter præcipuos hostium
Dux Niebaba, desperatione ferox, &
post amisum quindecim millium
exercitum, vitæ pertæsus, occubuit.
Tantâ è duplicato uno die conflictu
partâ victoriâ, modico sanguine, &
nullo planè exercitus nostri damno
constitit. Cujus impetum secutus
Imperator, castra primùm hostium,
è quibus discesferant; jam deserta,
per Subdapiferum M. D. L. Potociū
occupat. Deinde præmissis Lube-
cam, qui præsidium illic hostium
invaderent; ipse cladis eorum reli-
quias, cum Podobailone CZERNEO-
VIAM profugas, expedito agmine
profecutus, ne quid spatii, ad ani-
mum aut vires colligendas hosti re-
linqueret; pavidos adhuc à recenti
pugnâ, partim intentata vi, partim
oblata spe clementiæ, sollicitat. Sed
urbs, situ loci atq; opere; simulque
suâ magnitudine, & validò intus
præ-

præsidio firma, animos victis addidit, quòminus hostilitatem deponere vellent. Cum igitur oppugnatione, absq; peditatu atq; tormentis, ad naves relictis tentari non posset; nihil isthic moratus, Lubecam jam à nostris occupatam, cum exercitu, divertit. Illic per otium ad consilium refert, quid facto opus esset: Numquid dubiâ obsidione CZERNIEOVIA; de fructu & gloriâ victoriæ periclitari expediret; an potius inoffensum ejus cursum persequi, & caput rerum Kioviâ aggredi; ubi hostis collapsas vires, redintegrate ferebatur. Nam Urbs Czernieoviensis, quod ab hoste toto triennio munitionibus firmata, eiq; de comæatu & rebus necessariis, in longum prospectum esset; ac præter profugos è prælio; validum præsidium non deesset, diuturnæ defensionis suffectura putabatur. Sed nec obsidioni, propter vastum ejus ambitum par erat copiarum nostrarum

me.

mediocritas. Nam quia pro tutan-
dis finibus, non habebat Dux ullum,
ex Evocatis voluntariæ Nobilitatis
subsidiū, Dapifero M. D. Lithva-
niæ ad tria militum millia tradide-
rat. Præterea in præsidiis HOME-
LIÆ, CIECIERSCI, LOJOVIÆ, ac REZI-
ZÆ, ultra mille quingentos necesse
fuit relinqui. Nec minor eorum,
numerus fuit, qui ob seros delectus,
nondum in castra confluxerant. Re-
liquum copiarum, per castella in
circuitu vastæ urbis, magnis invi-
cem intervallis distantia, spargi,
ratio belli non sinebat. Deniq; opta-
tissimus obsidionis eventus, tantum
emolumentum polliceri non potuit:
quantum præsentissimi damni, è
longæ obsidionis morâ emergebat.
His rationibus novus accessit sti-
mulus è nuncio ac literis Vincentii
Corvini Dapiferi M. D. Lithvaniae
in ipso planè hujus deliberationis
articulo supervenientibus. Is post
cladem Niebabæ, ad impulsam ho-
stium

stium fortunam urgendam, opportunitatem obviam non omisit.

Sed pavore hostium animadvertendo, ad CZERNOBYLUM movens, inde ANTONIUM & ORCUSSAM Tribunos hostium exegit. Quos Kioviam versus cum copiis recedentes ad flumen Hirpinum consecutus, commissa pugnâ strenuè adoritur, ac feliciter profligat. Mox ibidem difficilem ad Cholmam oppidum trajectum occupat. Unde ad Kioviam facilis, nec ullo objecto impedimento, retardandus accessus operiebatur. Hujus rei successu per literas exposito, nunciat utrumq; Tribunorum sese recepisse Kioviam, in spem virium in eâ Urbe rursus instaurandarum. Quo cognito Dux RADIVILIUS abjectâ omni morâ, aggrediendam Metropolim hostium, eosq; in suis latibulis quærendos potiùs putavit; quam committendum, ut fractas virtute nostrorum vires per otium redintegraret.

De-

Decreto Kioviā versū itinere, li-
mitem M. D. Lithuaniae incustodi-
tum relinqui non placuit, Auctis
igitur ad REZIZAM & LOJOVUM in-
utraq; Borysthenis ripā præsidiis:
Capitaneus Mozyrensis, attributis
ei tribus armatorum millibus LU-
BECÆ cum omnibus impedimentis
castrensibus relinquitur, qui vide-
ret, nè quid ab hoste, qui sublapsas
nupero prælio vires, Czernieovia
colligebat, detrimenti Lithuania
acciperet. Reliquum exercitus Dux
Kioviā rapit, dato negotio Dapi-
fero M. D. Lithuaniae, ut sibi ad Vis-
grodum [oppidum est uno milliari
à Kiovia distans] cum suis occurre-
ret.

Illic conjunctis copiis, ac post ar-
dui itineris molestiam, unā die ad
quietem sumptā, Dux ipse mille e-
quitum comitatu, pomerio urbis
sucedens, loci situm speculatur. Ef-
fusi portis ad velitandum aliquot
centeni hostium, paucis amisissis, ci-

tò

tò intra munimenta sua compelluntur. Cumq; hostis nondum pavoris manifestus esset, & captivi confirmarét, eum spe venturi, quod postulaverat, à Chmielnicio subsidii, defensionem meditari: **CYRILLI MONASTERIUM**, longo quatuor milliarium ambitu circuit, ut à **S. SOPHIAE MONASTERIO**, quâ per hiantis valli, (inde à temporibus Boleslai sic dicti) spatia, facilior in urbem aditus patebat, irrumperet. Parte aliâ ad avertendas aliò atqve distrahendas hostium vires; ab oppido **Visgrodienſi** rectâ viâ; bipartitò urbem aggredi præceperat. Atq; equites quidem quindecim circiter vexilla **SUARZHOFFII & POLUBINSKII SLONIMENSIS SUCCAMERARII** ductu, propter fluminis subjecti ripam urbi succedere; pedites autem octingentos navibus secundo flumine in viciniam Urbis devehi imperaverat: quibus **PTZIPKOVIVM** præfecit; dato **GORECIO** negotio, ut per tenebras

Lit
bra
me
aut
son
eoc
sero
eur
plic
yex
noc
ad
par
una
dig
me
qui
huc
Me
plic
dep
ing
run
pto
tus

bras noctis, erectis idoneo loco tormentorum suggestis, ad primum auroræ exortum, explosæ machinæ sono; signum invadendæ undiqve eodem tempore, urbis daretur.

Sed hostis, ubi primūm nostros, serò jam diei propinquantes, & subeuntia longo agmine navigia, explicatis pluribus, quàm pro numero vexillis, fulgentia conspexit, clam nocturnâ fugâ sibi consuluit; atqve ad Chmielniciū vires iterum reparantem evasit, profugientibus unâ, quibus aut certa victorum indignatio metuenda; aut incerta clementia suspecta videbatur. Id reliqui cives conspicati, concubiâ adhuc nocte; per legatos, Cleriqve & Metropolitanæ intercessionem, supplices facti, cædem ac direptionem deprecantur, ac nondum in urbem ingresso Principi deditioem offerunt. Quos benignè in fidem acceptos, clementiæ Regiæ spe consolatus; Urbem per Auream portam,

F

Re-

Regum, antehac triumphatorum duorum tantum ingressu ac memoria celebrem 4. Augusti die intrat, & castra inter ædem S. Sophiae, & Pezzarense monasterium in contiguâ, urbi viciniâ, metatur. Nec deerat animus Duci ultrâ tendere, & hostes tot acceptis cladibus impulsos urgere: si, aut recessus occupata Urbs in ditione hostium princeps, citra jacturam famæ, quâ bella constant, iterum amitti; aut sine præsidio, citra metum, in fide retineri; aut copiarum suarum paucitas, in tot præsidia, citra periculum dispergi potuisset: aut certè si Regni copiarum maturiùs advenissent; quibus urbem traderet; cujus tantisper servandæ, onus sibi incumbere sentiebat.

Sed hæc procul aberant; hostibus interea ex supremi excidii discrimine; in quod ad BERESTECKUM oppidum, virtute ac felicitate REGIS JOH. CASIMIRI conjecti erant;
in

Lithuania gestarū Commentarius. 121

in antiqvæ fortunæ spem erectis & quasi postliminio iterum, indies re-
florescentibus. Nam ut ea, quæ paulò
ante in Regno Polonia, contra Chmiel-
nicium & Tartaros gloriosissimo suc-
cessu, à Rege gesta sunt, breviter attin-
gam: propè confectum bellum isthic
putabatur; si nostri tam prosperè vi-
ctoriâ uti potuissent, quàm parta est.
Neq; enim facile aut certam causam
reperias, aut hominem, in quem unum,
post eximiam Regis victoriam, rei ad
hunc modum gesta, culpa derivari pos-
sit. Sed eadem vis Numinis, quæ ho-
stem impulsam in fugam coniecit,
frangi penitus ac debellari non permi-
sit: memorabili mortalibus docu-
mento, humanis consiliis & actibus
divinam intervenire potentiam;
quæ, non modò præcoces mentium
nostrarum foetus & consiliorum,
conceptus in ipso conatu, si ita
loqui fas est, puerperio, sæpè inte-
cipiat: sed & maturos jam, nec longè
à destinatione cadentes proposito-

rum successus, non raro eludat.
 « Nam Cosacorum fortuna, quae pulsis
 « sociis Tartaris: atq; eadem fugâ, ipso-
 « rum Duce Chmielnicio, involuto; in-
 « tra unius, nec admodum difficilis, obsi-
 « dionis angustias deprehensa; & ad su-
 « premum discriminis compulsâ fuerat;
 « postquàm improvisâ fugâ, præter spem
 « omnium, incolumes evasere, rursus
 « in pristinas spes attolli cœperat. Con-
 « trâ nostri exercitus, belli incommodis
 « nimium attriti, Regis ac Nobilitatis
 « abitu, in regione vastatâ, fame atque
 « inopiâ rerum omnium conflictaban-
 « tur; nec sibi tantæ victoriæ prosequen-
 « de, pares esse visi; segnius quàm vul-
 « gò optabatur, impulsas res hostium ur-
 « gere putabantur. Res quomodo isthuc
 « loci devenerit paucis exequar.

« Post rem ad VINNIZAM non integrè
 « ex animi sententiâ gestam; de copiis
 « nostris ad BARUM, mox & CAMENE-
 « CIUM periclitantibus, certior factus
 « Rex, monitô CALINOVIO, ut se è peri-
 « culo, quàm posset honestissimo receptu

So.

SOCALIAM versùs subduceret: ipse ad
summam maturandorum delectuum
festinationem, nihil sibi reliqui fecit;
indicta etiam Nob. i, ex Comitio-
rum scito expeditione publicâ. Neq̃
exiguum in eximenda è discrimine ista
manu, cura pretium videbatur; quæ
numero licet mediocris, universi sti-
pendiarii militis haud dubiè robur
erat, cum è lectissimis veteranorum
constaret. Proinde Rex ad capessenda
belli munia impiger, adulto vere, Var-
saviâ discedens, Lublinum, atq̃ inde
Socaliam venit. Oppidum est, trans
ripam BUGI fluminis, in Voliniæ confi-
nio situm; infra quod, propter ipsam
fluminis ripam, castra metari placuit,
quibus confluentes undiq̃ copia rece-
ptarentur. Illuc celeritate Principis
etiam seniores stimulati, destinato
maturius concurrebant. Nec tamen
ante mensem exactum, isthinc castra
mota; donec maxima pars volunta-
ria Nobilitatis; atq̃ è recenti delectu,
stipendiarius tyro confluxisset. Illuc

« etiam Veterane copia, recens victri-
 « ces, atq; ab hoste incolumes; sed ob a-
 « missa per continuos ac periculosos re-
 « ceptus, impedimenta, rerum omnium
 « inopiã laborantes, atq; exhausta, in pri-
 « mis equis gravius afflictis propemodum
 « inutiles, cum pervenisent, Regem pro
 « se anxiam, diuturnã curã exolvẽre.
 « Interea & Chmielnicius, præter ali-
 « quot mille ordinarii stipendii Tarta-
 « ros; secum ultra ducenta armatorum
 « millia, trahens; propius ad amnem
 « STYRUM accesserat HANI PRÆCOPI-
 « ENSIS TAURICANI PRINCIPIS auxilia
 « expectans, qui cum centum millibus
 « equitum jamjam adventabat.
 « Posteaquam vires nostræ nobis pla-
 « cuisse visæ sunt, [atq; aderat, ab excita-
 « sedibus suis Nobilitate; in unum locum
 « coactum totius Regni robur; non exi-
 « guo stipendiarii atq; externi militis
 « numero subnixum] mense Junio in
 « hostem, versùs amnem, Styrum, pro-
 « peratum est, intercepto ante adven-
 « tum Regis, per Vexilliferum Regni Co-

NEZ-

NEZPOLIUM oppido BERESTECZKO, cis eundem amnem sito; sed quod facilem fluminis trajectum praestaret.

Mox trans flumen castra mota; atq; exinde longius progressurus exercitus 4. Calend. Julii; à Rege de adventu hostis certiore facto, sistitur; Castrisq; ultra ripam Styri fluminis firmatis, eodem die ingruentia temerè Tartarorum agmina; non sine strage, rejecta sunt. Jam enim Tauricani Principis adventu vires atq; animi hostium creverant. Postridie ab erumpentibus nostris cum mediocri manu, atq; in recedentes Tartaros longius proVectis; cruentâ utrinq; pugna dimicatur. In qua aliquot centeni nostrorum, nec è gregaria plebe cecidère; pluribus inter ipsos Tartaros; iisq; principibus viris desideratis.

Pridie Cal. Julii in spem de summa rerum, totis viribus decernendi, educte utrinq; in aciem universa copia Tartari levum. Cosacorum Phalanx inter densos curruum ordines [carnaginem

cinginem vocant] stipata, dextrum cornu
 occupaverat. Rex utrinq; hosti floren-
 tissimum ex adverso exercitum oppo-
 suit. Sed è matutinis vaporibus exor-
 tã forte nebula, prospectum hostibus
 invicem eripuerat, donec Sole altius
 evedto dissiparetur. Tunc in campis,
 latè patentibus, explicata utrinq; hor-
 rendæ acies, mutuo veluti conspectu
 defixæ atq; attonitæ: aliquandiu base-
 re in vestigio: donec permisu Regis, &
 Duce Visnievecio, propter sui contu-
 bernii militem, frequentibus evocato-
 rum voluntaria Nobilitatis subsidiis
 succincto: in eam, quæ dextrum ho-
 stium cornu claudebat, carraginem,
 procursum est.

Sed & adversus Tartaros res ubiq;
 strenuè gesta est. Et cum veteranis qui-
 dem Chmielnicii stipendio pridem au-
 ctoratis, in eodem dextro cornu, co-
 minus vexilla nostra conflixere. Sed
 Tauricani copie; quæ in sinistram suo-
 rum latus extendebantur, opportuno
 militis nostri extranei, qui cum Rege
 in

Lithuania gestarū Commentarius. 127

in media acie, Principe Boguslao Ra-
divilio, & Hubaldo ducibus consiste-
bat, interjecta (nam dextera nostrorum
acies laevo hostium cornu opposita, ne-
scio quo casu tardius adventans proxi-
mum sibi mediū agminis latus nudave-
rat] sensim à Chmielniciū copiis direm-
pta; cum tormentis eminus; & nimbo
sclopetariorum propius vexarentur,
atq; besterna dimicationis nimium,
meminissent: cumq; se genere armo-
rum inferiores; numero autem nostros
non superare cernerent: cruentum ac
periculosum certamen aspernata, pau-
cissimis in fronte relictis, qui fugā con-
spectum adimerent: qui & ipsi non diu
comparuerunt; locum praelii citatis a-
gminibus deseruere. Chmielnicius seu
fugam eorum sistere conatus; sive in-
dignatione Tartarorum Principis, sese
in insidias ductum, qui ritantis, in-
terceptus: sive & ipse de summā rei de-
speraverat; eodem fugientium torren-
te abreptus est. Majori clade barbaris
trepidatio ista constitisset, si qua vali-
da

« da manus, ex iis, qui victoriam profese-
 « qui gestiebant, dimissa fuisset; qua
 « terga fugientium premeret. Sed fer-
 « vente tunc maximè cum Cosacis præ-
 « lio, & suspecta plerunq; insidiosa bar-
 « barici agminis fugâ, victorum impe-
 « tus, salubri, sæpè in tali casu, imperiè
 « freno, sufflaminatus est. Oppugnaba-
 « tur interea summis viribus, quamvis
 « lacera jam, & bona sui parte deminuta
 « Carrago hostium: tamen suam & mo-
 « le, & propugnantium multitudine,
 « adhuc se sustentans resistebat: atq; adeo
 « destituti à sociis, ipsosq; Duce Cosaci se-
 « ipsos non deserebant. Sed cum, submo-
 « uo Tartarorum è veteranis, qui isthic
 « quodq; pugnabant, subsidio, pluribus lo-
 « cis à nostris multo sanguine perruptam
 « curruum seriem labascere; remq; ad
 « extremum discriminis deductam cer-
 « nerent: ad receptum ex antiquo mo-
 « re; ac familiare sibi remedium decur-
 « runt. Nam ad extrema nondum disso-
 « lute carraginis, quacunq; oppugnaba-
 « tur, undiq; conferti ac propugnantes,
 « reli-

reliquos è suis in medium acceptos, & extemporaneam munitionem, fossamque & aggerem struere jubent, spatium amplexi, quod universos cum impedimentis, quæ adhuc supererant, capere posset. Ac forte in loco aquæ & paludibus vicino pugnabatur, ita ut dextrum latus à nostris circumveniri & aquatio non posset impediri. Illuc, munitione raptim perfectâ, quantam maximam possunt curruum copiam, & omnem interiorem carraginem subducunt; pugnantibus intereâ, pro exterioris carraginis serie, reliquis; qui & ipsi, sociis perfecto opere in locum pugnae succedentibus, unâ cum iis, sensim desertis exteriorum curruum ordinibus, in munitionem, jam perfectam, sese recipiunt. Sero jam diei pugnae ob tenebras & subitæ munitionis obicem, in obsidionem versa est. Quantumcunq; hic dies sanguinis hausit, non erat pro magnitudine victoriæ satis. Nam exigua virium parte à nostris certatum est; & si pauca stipendiarii

" militis vexilla excipias (neq; enim
 " quisquam sua laude fraudandus est,
 " quam cuiq; bene merito perennem &
 " cumulatam, annalium fides, ac poste-
 " ritatis memoria rependet, quorum
 " ideo neminem hoc loco nominamus;
 " nè quisquam se oblivione, aut injuriã
 " præteritum succenseat) propemodum
 " evocata Nobilitatis sanguine, tanti
 " triumphi decus, partem est: quæ in re
 " strenuè gerenda, non minus contem-
 " ptum hostium castigavit, quàm suo-
 " rum expectationem vicit. Caterum
 " proxima nox, (quomodo & subsequen-
 " tes non pauca) spatium dedit hostibus
 " firmandæmunitioni idoneam. Mox
 " per aliquot dies, hinc tormentis, inde
 " eruptionibus certatum: tentatæ inier-
 " dum conditiones pacis, trahendo magis
 " tempori, quàm seriã deditiois volun-
 " tate; donec ad undecimam obsidionis
 " noctem ventum est; quæ in diem de-
 " cimum Julii incidit. Quæ ineunte, ob-
 " sessi spei & consilii inopes fugæ consi-
 " lium moliuntur. Nam cum alius ex
 par-

Lithuania gestarū Commentarius. 138

partibus undiq; à nostro exercitu cir-
cumdati essent; ea pars munimenti,
quæ imperviis paludibus imminebat,
vacua custodiis erat. Seu satis inacces-
sa uligine clausi credebantur; siue tot
rusticane plebis millia, quorum domi-
ni in castris nostris militabant obseptis
omnibus effugii viis, deleri nō placuit.
Ergo vilioribus equis ac jumentis in
ipsas paludum voragine impulsis, &
plaustris desuper, quæ fugam morari
possent impedimentis, injectis, latum
aggerem, per medias paludes, è corpo-
rum & castrensium suppellectilis, cumula-
ta strage exstruunt; per quem cum ar-
mis ac melioribus equis transitu facto,
evadunt. Consilium hostis subodoratus
Rex, eadem nocte è primoribus Tribu-
nis, quosdam cum parte copiarum
trans paludes præmiserat. Sed qui
tempori advenerant, armatorum ho-
stium, qui jam trajecerant, multitudi-
ne percussi, in devia divertere. Ceteri
ob longi circuitus moras, tardius ad-
ventantes, hostem jam longo itinere
præ-

66 *pragressum, assequi non potuere. Ca-*
 66 *sis inde, qui maturare fugam neglexe-*
 66 *rant, aut non potuerant, castra hostiū,*
 66 *Et quae supererant impedimenta dire-*
 66 *pta sunt. Sed emissio incolumi tantae*
 66 *molis exercitu, fremere in castris mi-*
 66 *les, atq; inprimis Nobilitas, quod casu*
 66 *acciderat, consilio factum suspicari.*
 66 *Refricatâ inde, accensi, defunctorum*
 66 *culpâ, aut errore funestissimi belli me-*
 66 *moriâ, eâq; multitudinis more, ad de-*
 66 *teriores suspiciones deflexâ, in vivos*
 66 *atq; superstites innoxios crimina ja-*
 66 *ciebantur. Nihil in structis extremo*
 66 *Uladislai tempore, adversus Rem-*
 66 *pub. insidiis immutatum.*

In eorum, qui decesferant locum,
 successisse magis alios homines,
 quàm alios mores, nec unâ cum
 mortuis consiliariis, sepulta contra
 ordinem equestrem consilia. Bel-
 lum consultò ac de industriâ ali; ex-
 hauriendæ atq; enervandæ Nobili-
 tati, cujus sanguinem, non impendi,
 sed prodigi, vilissimis, juxta & peri-
 culo-

culosissimis belli ministeriis. His
fluctibus agitati animi nondum detu-
muerant; cum à Rege bello finem im-
ponere cupiente, postulatur, nè ante
confecti belli exitum, Nobilitas castris
excedat, quæ persequenda victoria
causâ in ulteriores Ukraine oras,
quamprimum movenda sint. Tunc,
impetrato deliberandi spatio, coacta
in unum Nobilitatis concio, palàm
jussa detrectare. Satis à se Principi,
satis & patriæ datum, quòd, cum
suomet impendio florentissimus
conscriptus sit exercitus; cujus in
belli laboribus atque periculis usus
esset, tamen in conspectu quiescen-
tis & otiosi stipendiarii militis, pe-
ctorum suorum opposita, vires ho-
stium fregissent. Præpostero atq;
inverso rerum statu, sese pro mer-
cenario suò, adeoq; etiam externo
milite, non modo pugnae discrimi-
na, sed excubiarum molestias subi-
isse. Vile sanguinis sui pretium vi-
sum, quem cruentissimis quibusq;
cer-

Ca.
re.
liū,
ire.
nta
mi-
casu
ari.
um
me-
de-
vos
ja-
no
m-
m,
es,
n-
tra
el-
ex-
li-
di,
ri-
o-

certaminibus, largiter objectum ac profusum senserint. Sua duntaxat inter signa, tot funera & luctus tot vulnera cerni; cum inter stipendiarios paucissimi, inter externorum manipulos, vix aliquis saucius extet.

Pugnæ, non alienæ virtutis spectaculo, tantis stipendiis à Republ. auctoratum in litem. Quem integrum ac belli malis intactum, non adversus hostem, jam suo sanguine pulsam, servari: sed ut attritæ bello Nobilitati, frænum, quod mordeat, non desit. Ipsum quoq; hostem, quâ mente, quovè consilio è manibus emissum; nisi ut esset, ubi Equester ordo ultra discrimenibus, objectari possit? Recordarentur, impositâ sibi prodigiosæ iniquitatis, vigiliarum munia; cum in abundantia militum copiâ; pro stipendiariis suis & externis, genio per contubernia indulgentibus; plures continuas noctes diesq; excubarent: nec de
tri-

triduana ac sæpè quatriduana statione deducerentur. Expertâ sibi, non sine defessa tam brevi spatio patientiâ, rudimenta Castrensis Imperii, quod, urgente ab hostibus necessitate, utcunque toleratum; nunc, partâ suo sanguine victoriâ, ferre amplius meritò recusent.

Et quoniam bellum suis manibus propemodum confectum; de industriâ produci placuerit; sese reliquias ejus mercenariis potius copiis, & hucusq; otiosis externorum ensibus atq; armis, persequendas relinquere. Deniq;, si stipendiarius miles, sine evocate Nobilitatis subsidio pugnare nesciat; fixum sibi, potius, in præstandis è corpore suo supplementis novis sumptibus defungi; quàm committere, ut in jugulis suis; totius Reipubl. cervices, uno ictu amputandi, casui alicui aut consilio potestas atq; licentia detur.

Hæjuscmodi prætensis stimulis ac suscitacionibus obfirmata Nobilitatis obstinatio;

natio ; ne discessu quidem Regis, (qui
 ut ceteros alacritatis exemplo abstra-
 heret, Cremeneciam moverat) ad ulte-
 riorem expeditionem suscipiendam
 flecti potuit. Quod ubi Rex animad-
 vertit, acceptâ fide à quibusdam Pala-
 tinatibus, de suppetiis ad exercitum
 mittendis, dimissa Nobilitate, & ipse
 reversus est.

Misit igitur in hosticum ambo mi-
 litia præfecti, Dux Visnieviecius & alii,
 qui impulsam hostium fortunam
 urgerent ; omnes Nicolao Potocio
 Castellano Cracoviensi tanquam
 supremo Duci parere iussi sunt. Sed
 elapsa plurima sui parte Cosacorum
 multitudo, magnis itineribus sparsim
 prævolans, in penitiores Ukraine oras
 evaserat. Chmielnicius quoq; ipse, mox
 à Tauricano, non sine pretio, ut fertur,
 dimissus, naufragii sui tabulas collige-
 bat ; conductâ aliquot millium Tartarorum
 manu, & profugos ab acceptâ
 clade, maximâ sui parte incolumes,
 ad se undiq; contrahens, qui statim
 magno

magno numero confluebant. Misit et-
iam ad Tanaim, qui latrocinantes il-
lic Moschica ditionis Cosacos stipendio
Et prada illecebris invitarent: Et plu-
ra Scytharum millia, oblata spe prada
pellecta, propediem subsidio ventura
expectabat. Jamq; adeo in vires de-
stitutis ab Evocata Nobilitate ac Regis
comitatu, copiis Regni, propemodum
pares adoleverat, qua confluxu rebel-
lium quotidie augebantur. Verum
exercitus noster, digressu Regis ac No-
bilitatis, maestus ac multum diminu-
tus, indies extenuabatur. Et primū
veteranus miles, qui Calinovo Duce,
rem initio belli gesserat, amissis impe-
dimentis, ad summam inopiam reda-
ctus, in illa regionis vastitate, quam
tot tantorumq; exercituum concursus
fecerat; afflictas vires refovere non
potuit; cum etiam è recenti delectu
integra; nec tot laboribus atq; damnis
exhausta copia: in provinciā rerum
omnium egenā attererentur, atq; alios
fames, alios etiam morbi vexarent,
quos-

qui
tra-
lte-
m
ad-
ala-
m
ipse
mi-
s
m
cio
m
Sed
m
sim
ras
mox
tur,
lige-
rta-
ptā
nes,
m
igno

138 Rerum in magno Ducatu

quosdam & absumerent; ceteris, qui
ea bellimala ferre non poterant, dila-
centibus. Externorum autem legio-
nes atq; alas, præcipuâ sui parte dimi-
cationibus minus accisas & ab hoste
illibatas, seuior omni ferro pestis affli-
xit; fame atq; morborum contagiis
grassantibus; & gregario milite, per
suffugia plurium, ad exiguum nume-
rum redactis. Ea propter lentum, ac
propè bimestre, antequam in viciniam
Kiouia pervenissent, nostrorum iter,
interdum etiam valetudine Summi
Ducis præpediebatur. Qui frequenti-
bus nunciis, Regem, de immutato belli
statu; deq; virium nostrarum diminu-
tione atq; hostilium incrementis gli-
escentibus admonens, novâ laboranti
exercitui supplementa poscebat. Quâ
cum tam citò expediri non possent, Rex
Lithuanici exercitus victoriarum non
ignarus, in eius conjunctione presentis-
simam Polonicis copiis subsidium osten-
debat; eamq; datis ad Ducem Radi-
vilium literis instantius urgebat.

Quis

Quin & plenam belli pace finiendi po-
testatem, tam Regni, quàm M. D. Lith-
vania Ducibus concesserat; adjunctis
ex eorum, qui presentes adesse pote-
rant, numero idoneis ad pacta Reipub.
nomine sancienda, Commissariis. Nec
deerant sibi Polonicarum copiarum
Duces, frequentibus nunciis ac literis,
ut sibi Princeps RADIVILIUS obvius
occurreret, flagitantes. Quod tamen
pluribus de causis, quarum aliquas su-
perius attigimus, plures paulò post
memorabimus, fieri non potuit. Nam
gliscentibus iterùm hostium viri-
bus, Kiovia, sine evidenti urbis a-
mittendæ periculo, desereri non po-
tuit: cum hostes adeo imminerent
urbi; ut, nè à struendis quidem, ad-
versus Castra urbi contigua, insidiis
abstinerent. Et Urbs quidem, seu
fortuitò, seu fraude hostium, exci-
tato incendio, damnosissimo igne
bis deflagavit. Sub idem verò tem-
pus, positas Castris Lithvanicis insi-
dias, parùm prosper hostibus, even-

tus

tus castigavit. Nam cum ab excursionem versus hostem, jussu Ducis, factâ, revertens Noldius, non procul ab ipso Castrorum aditu, mixtos Cosacis Tartaros, advertisset; hostis accessu tam propinquo in castris nunciato missu Imperatoris, expeditissima aliquot vexilla, Alexandro Polubienski Palatinidæ Pernaviensi Ductore, erumpunt, hostemq; terga dantem, ad alterum à castris milliare urgent, donec ad trajectum quendam ventum est, Quem ubi fugiens hostis superavit, in ipsis ejus angustiis, quâ uliginosus rivus ponte jungitur, resistit, & vim aliquamdiu sustinet: donec Vechmanni cum sclopetariis, quos Dragones vocant, superventu; denso è majoribus fistulis pilarum imbre obrutus, depelleretur: atq; sub exorti inde fumi caligine, Swartzkoffio, & Sakiëno equite impune pontem transgresso; ad fatietatem concideretur. Aderant præter aliquot

quot Cosacorum millia, mille Tartari. Sed isti, ubi à nostris pontem occupatum animadverterent, relictis in pugna sociis, qui nostros remorantes, tutam ipsis fugam periculo suo præstarent, penè intacti evasere. Cæsis ad mille, captis circiter centum. Equibus cognitum Cosacos istos unà cum Tartaris eo consilio tam propè ad castra nostra suggestos; ut adventum suorum expectarent; qui ex diversis partibus, veterani quidem aliquot mille pedites flumine: equitum verò duplo major numerus terrestri itinere adventabant.

Quorum concursu, tripartitò de nocte castra nostra undiq;, à fronte, à tergo, & à latere, summâ vi adoriri placuerat; ni fraus de die animadversa, deprehenforum imprudentiam prodidisset.

Modicis interea itineribus, nec sine aliquanta pluribus in locis morâ, Regni Copiæ progrediebantur; non

non Ducis magis valetudine ;
 quàm victus penuriâ, morbisq; gras-
 santibus conflictatæ, donec Pavolo-
 ciam ventum est. Quò antequam
 exercitus noster accederet, septem tur-
 ma à Summo Duce, ad explorandum
 iter præmissæ ; cum in eo primùm oppi-
 do copiosiore quàm usquam alibi re-
 rum affluentiam reperissent ; largius
 atq; insolentius quàm par erat, presenti
 copiâ abusa ; posteaquam paulò lon-
 giùs ultra oppidum processissent, ab ob-
 viis forte Cosacis & Tartaris, fundun-
 tur, atq; impedimentis omnibus exu-
 untur. Quominùs graviore clade mul-
 Etarentur Ducis Visnioviecii & Præfe-
 cti Voinilovicii superventu factum est ;
 qui tergo fugientium inhaerentem ho-
 stem, sub ipsis Pavolociæ portis, impro-
 viso adortus, dissipavit, captis etiam
 è Tartaris quibusdam ; quorum indi-
 cio cognitum, duo Tartarorum millia
 Chmielnicio pridem adesse ; quatuor
 jam propinquare : reliquorum adven-
 tum brevi secuturum. Id ubi cognitum
 Du-

Lithvanie gestarū Commentarius. 143

Ducibus itur in consilium, numquid
expediret positā omni morā, praevenire
hostem antequam firmaret vires ex
ternis subsidiis. Sed prevaluit eorum
sententia; qui jungendas prius cum
Duce Radivilio copias censebant; praesertim cum sparsae, ob faciliorem annō-
nam, per diversa itinera alae atq; legio-
nes lentius in unum coirent. Sub finem
Augusti demum Trilesium oppidum
ex itinere aggredi visum. Deditioem
ferocius detrectantes oppidanos, Pri-
jemscius rei Totmentariae Praefe-
ctus, & Bergius Boguslai Principis
Radivilii Vicetribunus expugnarunt,
aliquot Centurionibus, quorum caedes
interneccione incolarum expiata est.
Hujus oppidi excidio territi Chvastov-
vienses, dimisso presidio, urbem de-
didere. In qua praestolari Potocius Du-
cis Radivilii adventum constituerat;
cum non desisterent interea copiarum
Regni Duces eum ad sociandas vires
enixius sollicitare; praeter alia, quibus
conflictabantur incommoda, luctuoso

cunctis Ducis Visniewicii obitu, percula
 si; quem virum omnibus elogiis majore-
 rem, nimium acerbo fato Reipub. ere-
 ptum; marens ac dejectus exercitus,
 in tempestivo paulò ante funere extin-
 berat.

Sed istud cogendarum in unum
 virium consilium; præter objecta
 dudum conficiendæ rei impedimen-
 ta; recens emergentia, quæ finibus
 M. D. Lithvaniæ ingruere cœperant,
 pericula morabantur. Nam dum
 nostri Kioviam occupant, è floren-
 tissimis trans Borysthenem oris,
 collectâ rebellium manu, atque iis,
 qui Czerneoviam confugerant ad-
 junctâ, in sexaginta milium arma-
 torum numerum excreverat. Cujus
 multitudinis pars oppugnare Cri-
 ceviam; pars in Mscislaviensi distri-
 ctu, & Moschorum confiniis rebel-
 lionis incendium moliri ferebatur.
 Pars verò multò maxima, relictas
 Lubecæ copias lentâ jam obsidione
 premebat, non sine mediocri dam-
 no

no improvisi superventus initio il-
lato. Deposita isthic maxima pars
impedimentorum, totum exerci-
tum Kioviensem, de eventu obsidi-
onis anxium tenuit. Sed Ducem,
Lubecensium copiarum virtuti con-
fissum, alia eaq; gravior cura remor-
debat; nè hostis, cui in affluente mi-
litum copiâ vires dividere licuit,
parte multitudinis ad obsidionem
relictâ; cum reliquâ manu in viscera
Lithvaniæ penetraret, ibique conci-
tanda ad rebellionem plebe in su-
preum Nobilitatis excidium clas-
sicum caneret.

Proinde non aliud ipsi in præsentî
discrime consultius visum, quàm
consignata in manus Regni Ducum;
Metropoli hostium, ad tutandos pa-
trios fines regredi; ac solutâ Lubecæ
obsidione cooriens domi incendi-
um extinguere. Mox in eum sensum
Regni Supremo Duci scribit; pe-
tens, ut adventum quàmprimùm
acceleret, aut aliquem è suis cum

præsidio, urbi imponendo, mittat.

Sed tam gravis ac justæ necessitatis excusatio non plus apud copiarum Regni Duces valuit; quàm ut tantò obnixius exercituum conjunctionem efflagitarent; nisi Dux venientibus occurrat, sese ad ipsum venturos denunciante.

Tunc primùm sensit Princeps, tam seria & obnixa postulata, ab ipsis aliquanto violentiori ac præsentiori necessitate extorqueri, quàm ea esset; quæ sese ad revertendi consilium impellebat. Ergo pensatis utrinq; periculorum momentis; nec Lubecensium copiarum virtuti; collecticii Tyronis numerum, adeò gravem fore metuens, quàm formidabile sit copiarum Regni discrimen: quibus [quod absit] succumbentibus; universam belli atq; hostium molem, in suos humeros, longè graviori pondere devolvendâ, satis prospiciebat.

Penitioris autem Lithvaniæ periculum; non illud quidem contemnendum; sed tamen remotius, neq;

neq; ita præsens, ut certis jam atque urgentibus malis prævertendum sit, sapienter æstimans: tandem damnato revertendi consilio; & jungendis cum Regni copiis viribus cogitare cœpit.

Sed qui proponebatur virium conjungendarum modus non placebat. Nam deserto Borysthenis amnis dominio, cujus utraq; ripa navigiorum beneficio, in potestate nostra fuit; coacti in unum exercitus nostri effugere non poterant, quominus in angustum redacta pabulandi ratione commeatus inopiã laborarent. Et pabulatores nostri universi, vago per agros equitatu Tartarico, prædæ exponebantur. Contrà fluminis possessione retentâ sese, utriusq; ripæ potentes, commeatu, undecunq; tutiùs sumi ac subvehi possit, prohiberi non posse. Præterea distractas ab utrâque ripæ parte vires hostium, & suspensa consilia distinendo, rem ubicunq; visum fuerit, contra singulos melius

gesturos. Hanc igitur belli conjunctis viribus gerendi rationem Dux Radivilius Regni Ducibus offerebat. Quoniam exercitus hostilis duobus quasi præsiis protegebatur, quorum alterum Tripoli; alterum Belocerkevja excubabat: ut Regni exercitus Belocerkevam adoreretur, sese Tripolim Borystheni imminentem, eodem temporis momento, terrâ simul ac flumine, totis viribus aggressurum. Sublatis istis præsiis, nec tamen amnis possessione dimissa; si id conficiendo bello, aut sancienda paci conducere, ad exercitus utriusque conjunctionem, utilius tunc posse descendi.

Sed nè id quidem Regni Ducibus satisfecit; qui accepto hoc responso districtè professi sunt, sese ante conjunctionem virium nihil aggredi posse, aut velle; & verbis facta addendo; à directo in hostem itinere deflectentes, Kioviam versus progressi, Vasilokovum, oppidū quinq;
mil-

milliaribus Kiovia distans, diver-
tunt. Princeps Radivilius necdum
à suâ sententiâ dimotus, & coràm
consilii sui rationem probaturus, si-
gnis equitum ad quindecim assum-
ptis Vasilicovum contendit. Ubi
iterum agitato consilio, eum nihil
proficeret, tandem vel invitus plu-
rium consensui cesit, suumq; exer-
citurum, copiis Regni paulò post, ad
oppidum Hermanoveam, ad moveri
passus est.

Sub id tempus, hostis egressu
Principis, cum exiguâ manu obser-
vato, relictas copias, per absentiam
Ducis, incautius acturas, cõjectans,
bipartito agmine Kioviensia castra
tentare cõnatus est.

Pars terrestri itinere contendens
in Calinovium Campiducem Regni
incidit; qui à Potocio, consilium
hostis subodorato missus, ad quinque
hominum millia prospero conflictu
concidit. Pars altera secundo flumi-
ne delapsa, subito adventu aliquas

nostrorum scaphas occupaverat. Sed ab Urbe fortiter repulsa, & infestis tormentorum ictibus è Monasterio Nojolajano vexata, pluriù è suis scapharum jacturâ, damnum illatum pensavit, rem strenuè gerente Samuele Komorovio, Principis Radivilii tunc locum tenente, ita ut ut in subsidium nostris misus à Potocio Sokalus; profligatum jam hostem, & ab irrito conatu in fugam coniectum invenerit.

Paulò ante Ducis Radivilii in Potocii castra adventum: Chmielnicius tametsi recens sex millium Tartarorum auxiliis, quæ Tauricanus submiserat auctus, unitas tamen Ducum vires reformidans, missis nunciis, vias reconciliationis tentare coeperat. Quæ tractatio annitente Palatino Kiovensi Kiselio, à Ducibus nostris, ex mente S. R. Maj. è datis ad eos literis perspecta; minimè rejecta est.

Sed commeantibus ultrò citròq;
nun-

Lithuania gestarū Commentarius. 151
nunciis, cum de loco conventus,
Delegatis utrinq; ad sancendam
pacem, in oppido Bialocerkevensi,
assignando, & quibusdam pactorum
præparatoriis conditionibus; inter
MACHOVIVM è nostris internuncium
& VYHOVIUM è Cosacis præcipuæ
authoritatis delegatum, convenis-
set; viri primariâ dignitate illustres
ADAMUS KISELIUS Palatinus Kiovi-
ensis, GEORGIUS HLEBOVICIUS Pa-
LATINUS Smolefcensis, VINCENTIUS
CORVINUS GOSIEWSKI Dapifer M.
D. L. & MICHAEL COSACOVIVS Sub-
judex Braclaviensis, Belocerkevam
mittuntur. Qui cum splendido satis
apparatu, non tamen majori, quàm
quingentorum satellitio comitati,
oppidum intrasent, & universum
hostilem exercitum, oppido recens
admotum deprehendissent; nego-
cium propè integrum cum hoste
transigere, pauculis exceptis, nec iis
magnæ molis; de quibus adhuc di-
sceptandum restabat. Sed plebi Co-

facorum, & auxiliariis Tartari
ingrata fuit tractatio pacis; fremen-
tibus utriusq; belli, quod communi
sanguine & sudore gestum sit, præ-
mia penes solos veteranos fore. Si-
mul opulenti cultus atq; apparatus
species, avidos talium, ad prædæ de-
siderium accendebat. Nihil igitur
ad abrumpendam pacem, expedi-
tius visum; quàm violandis tantæ
dignitatis Legatis; spem omnem
atque rationem paciscendi tollere:
simulq; indomitam prædæ famem;
tàm quæstuosi latrocinii bolo, fau-
cibus suis objecto, explere. Quæ
consilia dum in castris plebem inter
hostium & Tartaros coquuntur:
tàm nostris, quàm Cosacis modera-
tioribus, dimisso concilio, seditioni
prævertere, & quæ supererant trans-
igenda differre, visum est.

Dum igitur nostri, de consensu
mutuo, parant abitum; præmissis
ex oppido impedimentis, in ea pri-
mum inopinato impetu facto, cæ-
dibus

dibus ac rapinis omnia miscentur ,
& vim multitudinis non sustinenti-
bus nostris , diripiuntur impedi-
menta. Nec procul à supremo exi-
tio ipsi aberant Delegati, nisi Duces
ipsi Cosacorum & veteranorum
fortissimi , plurimo sanguine vim
ingruentium stitissent. Et cum no-
stri quoq; in unum collecti sibi non
deessent , sociatâ cum veteranis o-
perâ; exceptis , qui ad impedimenta
occubuerant , cuncti incolumes ad
arcem oppidi reducuntur. Satagen-
tibus interea veteranis ac Ducibus
hostium ; nè ingruentibus tenebris
in nervum seditio erumperet ; posi-
tisq; aliquot, è fidelioribus Cosacis,
bellatorum centuriis , quæ pro adi-
tu arcis excubarent , trepidis atque
anxiis nostrorum vigiliis , proxima
nox traducta est. Nam præter Tar-
taros, objectâ esca , rapinarum avi-
dam , & famelicam gentem ; è gre-
gariis Cosacorum, ad decem millia,
in exitium Delegatorum conspira-
verant

verant ; parabaturq; nocturna oppugnatio : nisi , & nostris jam ad vim masculè propulsandam probè instructis, difficilis expugnatio Tartaros terruisset : & fide ac fortitudine veteranorum, inter Cosacos Ducum ; qui nec suis dexteris ; nec suorum sanguini pepercere, tyronum & gregariorum seditio compressa fuisset.

Postridie Chmielnicius, hortatur atq; auctoritate sanioris partis Ducum adductus, severissimâ denunciatione coercitâ vulgi insolentiâ, firmo præsidio subnixos Delegatos ex oppido eduxit. Qui eâdem die, non sine aliquanta, nonnullorum è comitatu suo trepidatione, Castra tenuere: magna nostrorum gratulatione excepti ; quos nuncius tam præsentis periculi, ipsâ famâ supra verum auctus, propè ad salutis eorum desperationem percussos & anxios habuerat.

Non visum est ultrâ tanto Dele-
gato-

gatotum periculo, tentare paciscendi negotium. Itaq; nostri motis properè (20. Septembris) Hermanovâ castris, propiùs hostem copias admovent; experturi protinùs de propinquo, utrum hosti seria pax! an verò tantùm brevis mora belli, dum plura auxilia contrahit; cordi esset: & si hostis malâ fide agere visus fuerit, castris signisque collatis, supremâ impressione, auxiliorum adventum occupaturi. Nec vana erat suspicio, paucorum è Tribunis desiderio (nam potior pars eorum, sincero pacis studio tenebatur) ac vulgi & Tartarorum stimulis impulsam, fluctuare Chmielnicium, nec facile, ingratiâ dubiè ac suspectæ pacis, quàm conscientiam facinororum non reformidare non posset; Tartarorum amicitia, quæ vim rebellionis ejus adhuc sustinuit, renunciaturum: aut deminuto copiarum numero, duorumq; Palatina-tuum avulsione, vires suas carpi & ener-

enervari passurum. Fecit huic conjecturæ fidem, postridianus ejusdem perfidiæ conatus; dum de accessu nostrorum tam propinquo questus; & tamen paciscendi continuationem offerens; veteranis ac moderatioribus Delegatis, novos homines substituit; qui nihil eorum de quibus convenerat admitterent; sed Zborovianæ transactionis conditionesurgerent. Indignanter accepta à nostris ea, negotii propè jam confecti, ludificatio exprobratâq; hosti perfidia; quando pernitentiam quàm poenitentiam malit, pro clementiâ, & veniâ, vim & supplicium expectare jusus est. Experturum malo suo brevi, quantum ipsi in fluxa barbarorû fide, & vanis pollicitationibus, præsidii restet. Quamobrem postridie abjectâ spe pacis, itur in hostem infestis armis, atq; instructâ acie. Cujus *sinistrum* cornu, Regni Campiductor; *medium* agmen Summus Dux, *dextrum*, & insidiarum hostilium

lium periculo maximè obnoxium,
PRINCEPS RADIVILIUS tenuit. Ho-
stis quoq; adversam aciem pro ca-
stris instruxerat; interjectis passim
inter Cosacorum ordines, Tartari-
cis agminibus, & quò plus alacrita-
tis militi suo adderet, maximam
vim potus inebriantis, inter grega-
rios distribui curaverat; datâ operâ,
ut singuli acciperent, quantum ad
audaciam satis est; nec sufficeret ad
temulentiam. Eo facto putatur, ut
postquam in mutuum conspectum
acies adversæ venêre; hostilis longi-
ùs quàm pro more, à munimentis
suis recedens, ac versùs nostros pro-
gressa, pulcherrimam pugnandi oc-
casionem nostris præbuerit. Sed re-
pugnantibus, quibus cauta magis,
quàm abrupta consilia placebant;
diutiùs quàm paresset, quieta ex ad-
verso constitere acies: donec inuti-
lis moræ pertæsus Dux RADIVILIUS,
assumptis octo suorum vexillis;
impetu in hostem facto, adversum
sibi

sibi agmen toto campo submotum; usq; ad tumulum propulisset; qui intra teli jactum à castris hostilibus tormentis hostilium de propinquo objectus erat. Illic reliquam dextri lateris aciem pauxillum præstolatus, redintegrato impetu, ad verum sibi hostem, intra munimenta sua fortiter compellit: exiguo suorum damno, nisi quòd in primo impetu, nobilis equorum Ductor VORONCIUS, temporibus, per cassidem, ictu sagittæ, trajectis occubuerit.

Initio pugnæ à dextro nostrorum cornu strenuè cœpto; etiam proximis, è media acie, equitum turmis, pugnandi necessitas imposita est.

Quarum periculum cum negligendum non videretur, ipsius tandem Summi Ducis consensu, Czarnecius cum suis & Palatini Podoliæ copiis profiliens, hostem, jam altero suorum cornu impulso laborantē, in eam fugam & trepidationem conjecit, ut nisi sinistra nostrorum
acies,

acies, in eo, quem semel cœperat, loco, immobilis, Tartaros terga observantes caufata, obhæsisset; eo die debellari potuisse, creditum fuerit.

Postridie Chmielnicius hesterni conflictus hostilitatem excusans, & injusu suo ad arma ventum testatus, ulteriorem vim deprecatur, ac spem pacis ostentat. Cui tametsi toties elusa fides non haberetur; tamē annitente Palatino Kioviæ Kisielio, suprema, nî resipiscat, denunciatio, pro responso mittitur, ac dum nunciatus redit, nostri aliquot horarum spatio, vim continuere. Qui cum tardius reverteretur; interea seu imperio Chmielnicii, sive conspirantis cum Tartaris multitudinis ausu; magna vis hostium è castris egressa; quædam nostrorum agmina ad velitandum elicuit. Dum isthic res geritur, Dux RADIVILIUS, animadverso hostium conatu; qui ad occupandum cujusdam stagni aggerem; nostris ad rem melius ger-

ren-

rendam opportunum, per arbuſtorum latebras, magno numero fur-
tim ſubrepebant: Sclopetarios è de-
ſultorio Dragonum genere NOLDIO
Duce ipſis immittit, quibus ſuccen-
turiatæ aliquot equitum DOENHOF-
FII turmæ ſuccedebant. Hoſtem per
Noldianos vi ſclopetorum, ex im-
peditioribus locis, in æquiora cam-
pi exturbatum, equitatus Doenhof-
ſii magna ſtrage obtrivit. Paucis è
clade in ſua caſtra ſe recipientibus,
dum ardentius incurabit Noldius,
uſq; ad caſtrorum aggerem prove-
ctus, in ipſa hoſtium munimenta
irrumpt, atq; unum ex valli hoſti-
lis propugnaculis, dejecto præſidio;
atq; unâ tormentariâ machinâ ca-
ptâ, occupat. Et proſperè ceſſerat
audacia, ſi nequaquam deſtinato
conſilio, rem tantam aggreſſo, ta-
men in eum caſum prompta ſubſi-
dia præſto fuiſſent. Sed mox uni-
verſi peditatus hoſtilis accuſſu; cum
ſe unum tantæ moli ſuſtinendæ pa-
rem

Lithuania gestarū Commentarius. 161

rem non putaret, maturè se in tu-
tum recepit. Dum tamen is in se
converlas vires hostium distinet;
longè aliâ ex parte; unum è sinistri
cornu agminibus, POTOCH GUBER-
NATORIS CAMENECENSIS delectos
hostium, qui campum velitando
persultabant, eo impetu adortum
est; ut propè fugientibus immixtū,
intra ipsa castra penetraret. Tunc
quoq; quibusdam è proximis Legio-
nibus atq; agminibus, crimini da-
tum; quod in suppetiis ferendis oc-
casioni defuissent, per quam proxi-
mus ad supremum hostis excidium,
aditus parabatur.

Toto isto biduo, non mediocri
elade; sed majori periculo suo vires
nostrorum expertus, hostis, statariæ
pugnæ certamine in posterum sibi
abstinendum putavit. Sed per ex-
cursiones Tartarorum, quorum in-
gens numerus agminatim quotidie
in castra hostium confluebat, pabu-
latores nostros carpendo; difficilem

an-

annonæ subvectionem, mox & inopiã; atq; ideo nostros præsentissimi periculi metu attonitos reddiderat.

Cujus mali provisu, quia Ducem Radivilium ejusmodi copiarum conjunctionem detrectasse, supra memoravimus; quorundam animos fera pervicacis consilii pœnitentia subire cœperat, præcipuè, posteaquam unicum tunc in ejus modi remedium; quod in tentandâ pugne aleâ, adeoq; ipsorum castrorum hostilium, ante adventum auxiliorum, violenta oppugnatione, supererat, coeli ac tempestatum injuria, subtraxisset. Tanta enim vis imbriû triduo integro, utraq; castra inundavit, ut omnem dimicationis copiam abstulerit: quasi ipso Numine, sanguinolentum utriusque partis: & alteri sanè supremum ac fatale futurum, certamen dirimente. Sed ubi tam fæda tempestas remisit, hostis consilii & necessitatis nostræ non ignarus; nec ultimas nostrorû

vires

Lithvanie gestarū Commentarius. 163


vires experiri ausus, ad pacem seriò
animum adjecit; cujus conditiones,
longè quàm ante æquiores obtulit,
tandemq; iis, de quibus inter Dele-
gatos convenerat, planè acquievit.
Tamen id unum accuratissimis pre-
cibus Chmielnicius exoravit, nè in
Palatinatibus, quorum possessione
decedebat, miles noster tantisper
hyemaret, dum ipse Matriculam
Cosacorum conficit; & inutilem
atq; onerosam agrestium colluviam
amolitur. Neq; enim supra viginti
millia veteranorum relinquere jus-
sus est; & solo Kioviensi Palatinatu
excepto, nullis in aliis Ukrainæ lo-
cis, seu ad Brazlaviensem, sive ad
Czernicoviensem provinciam per-
tinentibus, sua Cosacis stativa fige-
re, multò minùs in provinciis M.D.
Lithvaniæ nidificari permisum:
atq; in ipso Kioviensi Palatinatu,
Nobilium & Regiorum præfecto-
rum bonis; ab omni Cosacorum
injuria aut gravamine vindicatis
pro-


prospectum : & Græca religione in antiquo statu relictâ , atq; exulibus restitutis ; oblivio injuriarum sancita ; deniq; ut Tartarorum amicitia , ut penitus renunciaretur , serio cautum est. Posteaquam de Conditionibus inter partes convenit , datis obsidibus , nihil cunctatus Chmielnicius cum præcipuis Tribunorum , biduo ante Calend. Octobres in castra veniens , & gestu ac voce supplici culpam deprecatus , conditiones pacis relectas audire jubetur. Quibus utrinq; subscriptis ac jurejurando firmatis pax postliminio redux sereniori tranquillitatis luce affulsit , & cuncta ubiq; hostilitatis nubila pepulit : cum paulò antè opportunè , ab irritâ quoque Lubecæ obsidione Czernicoviensis multitudo dilapsa fuisset.



F I N I S.

in
us
n-
ci-
rio
di-
da-
ni-
no-
res
e
di-
ur.
re-
nio
nce
tis
op-
cæ
.





Ms 1463

8

ULB Halle


3


006 316 700



1077

m.c





RERUM
In Magno Ducatu Lithva-
niæ per tempus Rebellionis
Ruslicæ gestarum

COMMENTARIUS

In quo
Obiter, & succinctè attin-
guntur, quæ in annexis Regno
Poloniæ provinciis, eodem tem-
pore evenerunt.



REGIOMONTI,
Excusus per Joh. Reusnerum,
Anno M DC LIII,